



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**R. P. || Lvdovici || De Ponte Vallis-||Oletani, È Societate ||
Jesv Theologi.|| De || Christiani hominis || Perfectione In
Qvo-||libet eius Vitæ genere.|| Tomi Qvatvor.||**

Quorum argumenta ex S. Rvth Historia præcipué desumpta

Puente, Luis de la

Coloniæ Agrippinæ, 1625

Tractatvs Secvndvs. De Prouidentia Dei circa communes tentationes,
aduersus omnium Statuum perfectionem, ac de ratione eidem occurrendi.

urn:nbn:de:hbz:466:1-39637

TRACTATVS SECVNDVS.

DE PROVIDEN-
TIA DEI, CIRCA COM-
MVNES TENTATIONES, ADVERSVS OM-

NIVM STATVVM PERFECTIONEM: AC
de ratione eiusdem occur-
rendi.

CAPVT PRIMVM.

INDICANTVR SVMMATIM TVM DÆMO-
*nis Tentationes, tum Dei ad easdem vincen-
das auxilia.*



ST sanè admirabilis providentia diuina circa op-
pugnationes, ac tentationes contra vocationem &
perfectionè Christianam insurgentes, tam in com-
muni omnium Christianorum Statu, de quo in pri-
mo Tomo actum est, quàm in particularibus Stati-
bus, & Officijs trium Rerum-publ. Sæcularis, Ec-
clesiastica, & Religiosa: de quibus nunc agere ag-
gredimur. Dei enim & hominum hostis Sathan
habet quoque triplicem suam Rem-publ. ex qui-
bus militum suorum exercitus, ad impugnandos Electos Dei educit. *Pri-*
ma ac præcipua eius Res-pub. est ipsius *Inferni*, vnde innumeros educit *dæ-*
mones, omnium vitiorum tentatores. *Secunda* est ipsius *mundi* Res-pub.
cuius ipse appellatur Princeps, in qua magnum habet canralium ac mun-
danorum *hominum* numerum, qui ad ipsius nutum mentemque deser-
uiunt. *Tertia* est aliquo modo metaphorica intra *abbreviatum hominis*,
cuiusque carnis originali culpa infectæ *mundum*, in quo ingens est *ima-*
ginationum, ac *passionum* agmen, virtutes ipsas oppugnantium.
Sed providentia diuina admirabilem se planè ostendit: tum in
hisce *conflictibus* permittendis, sine cuius licentia & permissione
non licet ipsis tentatoribus in campum prodire: tum in *auxiliis*,
magnis contra eosdem providendis. Cùm & ipse triplicem suam Rem-

Respublica
Dæmonis
Triplex.

Christi tri-
plex Res-
publica.

pub. habeat, ex qua milites conuocet. Vnam *Angelorum* in cælo; alteram valdè electorum *ministrorum* in Ecclesia; tertiam *virtutum* in ipsius iusti spiritu consistentium: quas potentibus suis inspirationibus in ipso conflictu mirificè adiuuat.

Vt autem intelligatur, qua ratione totum hoc ipsum geratur, præmittendum est: tentationes, de quibus nunc agimus, esse res illas omnes, quæ dicuntur, aut fiunt, aut intra, aut extra ipsam animam geruntur: vt nos ad peccandum, aut vocationi diuinæ resistendum, ad non perseverandum in bono, aut in bene cæptis non progrediendum, permouent. Et in hoc sensu ingens censeretur blasphemia, quòd Deus homines tentet. a *Deus* enim (vt S. Iacobus Apostolus ait) *intentator malorum est, & neminem tentat*, eum sc. ad aliquid mali, aut in malū finem inducendo. Quòd si huiusmodi tentationes ei aliquando in sacra Scriptura tribuuntur, id fit, quia iustas ob causas, de quibus dicemus postea, illas permittit, faciens dæmoni potestatem illas proponendi. Qui dæmon in eadem sacra Scriptura per excellentiam appellatur *tentator*, &c. *qui tentat*, ad significandum, hoc esse proprium ipsius munus, quòd perpetuò, astutè, valdeque ferociter exercet. Quam ferocitatem & astutiam nobis indicat, dum ipsum diuersis feris comparat, quarum feritatem & sagacitatem imitatur, aut figuras, ad nos oppugnandos induere solet. d *Serpentis* enim figuram & speciem induit, vt primos nostros parentes aggrediretur. Et interdum (vt ait S. Gregorius) illum comparat e *Behemoth*, quod est ferum quoddam terrestre animal; interdum *Leuiathan*, qui piscis est marinus: imò etiam *volucris* per aëra volantibus, ad significandum, quòd omne genus hominum persequatur, ac in omni vitiorum genere impugnet, occasione sumpta ex rebus omnibus, quæ in his elementis inueniuntur. Si verferis in terra, rebus ad vitam ducendam necessarijs occupatus, ibi inuenies *Behemoth* qui *sub umbra dormit in secreto calami, & in locis humentibus*: vt ad sensum carnisque delicias te alliciat: *protegent enim umbra umbram eius*: quia voluptatem ipsam contegit umbra necessitatis. Si mare legere aut transfretare velis, vt maiores conquiras dignitatis: occurret tibi *Leuiathan*, de cuius ore *lampades procedunt, sicut tede ignis accensæ, & halitus eius prunas ardere facit*; vt cupiditatem foueat, teque totum accendat. Quòd si voles per aëra, honores ac dignitates quærens, sequentur te volucres istæ rapaces, vt te oppugnantes superbia, in abyssum culpæ detrahant. Et omnibus hisce tribus figuris crudeliter impugnat vocationes diuinas. semper enim (vt quidam Propheta dixit) est *i cibus eius electus*; quia valdè appetit, satagitque, eos deuorare, quos à Deo eligi videt, in quibus gratiæ suæ thesauros recondat. Qualis est autem eius cibus, talis etiam est pectus. Ferus enim hic *Behemoth* (ait ipse Deus) *absorbebit flumina, & non mirabitur*;

a *Tac.* 1. 13.

Dæmon ten-
sator.

b *Matt.* 4. 3.
c *1. Theff.* 3. 5

d *Gen.* 3. 1.
Lib. 33. *Mor*

e. 14.

e *Iob.* 40.

10. 20.

f *Matt.* 13. 4
19.

g *Iob.* 40.
16.

Luxuria.

Auaria.

h *Iob.* 41. 10.

Superbia.

i *Habac.* 1.

10.

k *Iob.* 40. 15

rabitur: & habet fiduciam, quod insinat Iordanus in os eius. Nam, vt S. Gregorius exponit, non magni facit, quod infideles absorbeat, & ambulantes per speciosam viam, que ducit ad perditionem: sed omnes suos conatus eò diriget, vt etiam absorbeat accedentes ad sacri Baptisimi Iordanem, & Pœnitentiam, vt peccatorum suorum maculas abluant. Et vix ipsas aquas contingere cœperunt, cum maledictus hic piscis *Leuiathan*, qui ibi latebat, prodit ad eos deuorandos, sicut in piscis ille immanis, qui exiuit ad *Tobiam* deuorandum, cum is ad flumem *Tigris* accederet, vt lauaret pedes suos. Singultus enim & lachrymæ, quas diuina vocatio efficit in ijs, qui conuertuntur, excitant hanc feram, de qua S. Gregorius, quòd dormiat, valdeque requiescat in peccatoribus, profundo suorum peccatorum somno sopitis. At quando Dei vocatio & pulsus eos excitat, vt ad nouam vitam resurgant: tunc ipsum *Leuiathan* prouocant, vt excitetur, & fortioribus tentationibus ac machinis in suo seruitio eos detinere contendat. Quid verò dicam de celeritate, qua hostes isti (quos Christus n. *volucris caeli* appellat, eò quòd inde ceciderint, & in aère isto hæreant) sequuntur gressus diuini seminantis; vt statim atque vident sementem diuini verbi, hoc est, vocationem & inspirationem diuinam in hominis corde seminam, rostro maledictis suæ suggestionis illam rapiant, ne fructus vllus sequatur.

SED præter hoc totum, quis varios modos referet, quibus dæmon in huiusmodi oppugnationibus & conflictibus vtitur? sunt enim proculdubio innumerabiles, quamuis frequentiores sint duo, indicati (vt S. Augustin. aduertit) duobus etiam nominibus à sacra Scriptura inditis, quæ illum appellat *Leonem*, & *Draconem*. Leo, est in ipso impetu; Draco, in astutia & calliditate. Cum intentant minas persequutionum, hostis est publicus tanquam leo: quando autem fraudulenter insidiatur, hostis est quasi draco occultus. Vt plurimum tamen vtrumque coniungit. Quamobrem de eo dixit David, quod *sedeat in insidijs, & insidietur in abscondito, quasi leo in spelunca sua*: id enim (vt S. Gregorius ait) insinuat, quod pugnet aduersus electos potentia, & fraude: minis scilicet tormentorum, quibus debiles vincat; & rationibus, fictisque miraculis, vt simplices decipiat. Et hac ratione, quemadmodum dixit S. Petrus, *tanquam leo rugiens circuit querens quem deuoret*: vt infernalem suam ciuitatem repleat. Cum igitur Spiritus noster regis instar suis potentijs ac sensibus præsideat, continuumque gerat bellum contra regem hunc filiorum superbia: opportunum erit, iuxta Christi Domini nostri consilium, diligenter attendere, quos habeat milites, quæ arma, & bellica instrumenta, quibus nos aggrediatur; simulque perpendere numerum, robur, ac fortitudinem militum, quos ex nostra parte habemus; armaque ipsa, quibus in nostri defensionem, eius verò offensio-

Lib. 33. Mor.
c. 6.
1. Matt. 7. 13.
Dæmonis ci-
bus electu.

m Tob. 6. 3.

Lib. 4. Mor.
cap. 31. in id.
Qui parati
sunt susci-
tare Leui-
athan,
n. Matth. 13.
4. 19.

Præfat. in
Psal. 69.

Dæmon leo,
& draco.

oPsal. 9. 30.
Lib. 32. mor.
c. 12.

p. 1. Pet. 5. 8.

Luca 14. 31.

Fœdus nul-
lum cum
dæmone.

nem vtendum sit. Si enim bene rem perpendamus nunquam erit opus, fedus cum tanto hoste inire: sed magno & alacri animo eum aggredi. Si enim vires eius, naturales nostras superent: nostræ tamen supernaturales multis partibus eius vires excedunt: quare quoddam multi ei succumbant, propterea euenit, quoddam his viribus non vtantur.

§. 1. *Lustrationis vtriusq; effigies duabus S. Iohannis Euangelii. Et a visionibus delineatur.*

a Apoc. 12.
3.9.
S. Greg. libr.
22. Mo. c. 12
Lustrum
Damonis.

VTRIVSQVE huius lustrationis effigiem pulcherrimè delineatam habemus in duabus insignibus visionibus, quas habuit S. Iohannes Euangelista. *Prima* fuit in qua vidit *Luciferum*, qui alio nomine *Sathanas* appellatur: a *Ecce*, inquit, *Draco magnus, rufus, habens capita septem, & cornua decem; & in capitibus eius diademata septem, & cauda eius traherat tertiam partem stellarum cæli, & misit eas in terram, vt intelligamus, ferum hunc tenebrarum Principem, esse Draconem, non solum astu, vt supra est dictum, sed etiam veneno, quo inficit animas: estque magnus propter altos spiritus, quibus iacet se omnibus superbiæ filijs præesse, ac regnare: est etiam rufus ob crudelitatem, qua effundit hominum sanguinem, vt delictorum sanguinem hauriens, ipsos peccatores deuoret. Ratio suæ gubernationis, tentationum instrumenta, & milites, ipsi, quos ex triplici sua execranda Re-pub. educit: optimè delineata sunt in monstroso eius corpore.*

I.
S. Th. 1. p. 9.
114. a. 1.
Cassian. Col.
8. c. 17. &
17. & 20.

SEPTEM eius capita indicant malignorum spirituum multitudinem: quorum opera ad nos aggrediendos vtitur, studens ipsius Dei gubernationem imitari: assignans (vt sentiunt sancti Patres) singulos dæmones singulorum hominum tentatores; & peculiare præterea dæmones, qui vehementius in peculiaribus vitijs eos oppugnant: ad quos superandos multitud se iuuant. Horum autem præcipui sunt illi, qui circa septem capitalia vitia oppugnant: quibus maximam edunt stragem. Et, quoniam plurimas obtinent victorias, gestant in capitibus diademata. Quosdam vincit in materia superbiæ, & inanis gloriæ; alios in gula & lasciuia; alios in ira & auaritia; de alijs triumphat propter inuidiam & acediam: quos omnes per septem capitum suorum ora in execrandum suum ventrem traicit, vt securius eos retineat, æternis postea tormentis cruciandos. Septem his capitibus oppugnat etiam septem præcipuas vitæ Christianæ virtutes. Aliquando enim effundit suum venenum aduersus tres virtutes Theologicas, suggerens cogitationes infidelitatis, & obscuritatis contra *Fidem*; animi deiectionem, ac diffidentiam, contra *Spem*; odium & auersionem, contra *Charitatem*. Aliquando suum virus effundit contra quatuor virtutes Cardinales, vt *Prudentiam* obfuscet; *Iustitiam* peruertat; turbet *Temperantiam*; & abijciat ac debilitet *Fortitudinem*. Eisdem septem capitibus graue

7. Vitia,

7. Virtutes,

excitat

excitat bellum contra 7. Sacramenta, & Vocationes, quibus ad ea percipiēda vocamur. In fideles aggreditur, ne *Baptismum* accipiant; reliquos peccatores, vt *Penitentiam* horreant; Iustos, vt fastidium ex *communione* concipiant; infirmos, vt extremam *Vitionem* auersentur; alios deniq; Christianos, vt in *Status* electione aberrent; & Sacramentis abutantur, quæ ad bonam electionē diriguntur. Deniq; malignus hic spiritus contra 7. Spiritus S. dona pugnat, proijciens per 7. illa ora, verborū sagittas in audientiū corda, vt execranda eius suggestionis bonū fructū impediāt diuinarū inspirationum.

Nec tamen draco hic perniciosissimus satis sibi esse existimat, quod per suos dæmones nos impugnet: sed 10. etiam *cornibus* se armat, quæ violētiæ & tyrannidis instrumenta significant. quibus contra 10. legis Dei *mandata* nos oppugnat: adhibens ad id reges, & principes, ac mundi huius potentes: quorum siue *minis*, siue *promissis*; tormentis, ac delitijs; opprobrijs & vanis honoribus, alijsq; mille violentiarum generibus vitur, ad paruulos terredos: vt præcepta diuina conculcent. Nihil enim aliud sunt tentationes, quæ cornitæ huius feræ minæ, quæ instar ferocis alicuius tauri eos vexat, ac perurbat, quos aggreditur, vt à bene cœptis desistant. Qua etiam ratione multas obtinet victorias. Quamobrem de alio monstro huic simili ait S. Ioannes, quod *haberet cornua decem, & super ea decem diademata.*

Maxima verò huius draconis fortitudo est in *cauda*: quæ (vt ait S. Greg) vitima refert instrumenta, quibus ad nos decipiendos vitur: rationes sc. apparentes, ficta miracula, & vitia obducta siue laruata, adhibens ad id, genus illud hominū, quos S. Ioan. *Antichristos* appellat, eò quod ad similitudinē vltimi Antichristi oppugnēt & aduersentur vero Christo in eius seruis; studēdo eos falsis suis doctrinis, ac perniciosis hypocrisiæ simulationib. perdere; Adeoq; magnā efficit fragē, vt *tertiā* stellarū partem in terrā deliciat; aliquos etiam sibi subiiciens, qui *d fulgebant* quasi splendor firmamenti.

Sed, ne genus aliud armorū silētio prætereamus, quæ draco in suo vētre inclusa tenet: ait enim S. Ioan. *e misisse eū ex ore suo post mulierem*, quæ ex eius præsentia fugiebat, *aquā tanquā flumen*: Signū igitur est, ipsam intra propriū ventrē copiosas aquas habere, quas certis temporib. & occasionib. per *septē* ora sua emittat, ad persequendos, & à tergo impugnandos fugiētes apertos ipsius congressas. Quæ autem hæ sunt aquæ, nisi *persecutiones*, tribulationes, ac tentationes, quas simul, & quasi in cumulo contra Iustos iaculatur, vt eos submergat: & quos *apertè* aggrediēdo, superare non potuit: eos proditoriè, & à tergo inuadens, quasi non timentes prosternat: in quæ finē aliquādo vitur multitudine populi *aqua* enim multæ, ait S. Ioannes *sunt populi* multi, communi voce fauētis vitio, & tanquā virtutē approbantis. Aliquando etiam coniunctissimis sibi *amicis* vitur, quos intra ventrē suū secum

7. Sacramenta.

7. dona S. Spiritus.

2.

Decalogus.

b Apoc. 13. 1.

3.

Lib. 32. Mor

c. 14.

c. 1. Ioann. 2.

18 c. 4. 3.

Hypocrisis.

d Dan. 12. 15

4.

c Apoc. 12. 13.

Exemplum

malum.

f Apoc. 17.

15.

Varia tenta-
tiones.

g Apoc. 12. 1.

Damonis a-
stus & sa-
uitia.

Christum
concipere &
parere quid?

h Gal 4. 19.
Mercona-
rius.
Ducis Spi-
rit. Tractat.
4.

Lustrum
Christi.

2 Apoc. 12. 1.

vnitos habet, execrando suo igne accensos, & inflammatos: qui detestandæ ipsius sapientiæ sectatores facti, eam tanquam *aquam* propinant, & audientes suffocant. Nullus denique tentationum eius impetus euadere potest. *Tepidos* enim per terram repentes, suis oribus mordet, aut cornibus ferit: altius verò se *erigentes*, sicut stellas cœli, furiosa sua cauda percutit, vt deiciat ad terram: in eos verò, qui ipsius præsentiam fugiunt, mittit magno impetu vehementem *fluvium* tentationum: vt in cursu hæzere faciat, & submergantur. Hæc est horrenda figura Luciferi, eiusque corporis mystici; quæ est congregatio dæmoniorum, & insignium peccatorum, qui eius sunt ministri ad aggrediendos & peruertendos cæteros homines. Et cum toto hoc bellico apparatu collocavit se (vt ait S. Ioannes) *coram* cœlesti quadam *muliere*, quæ referebat Ecclesiam, & fidelium congregationem: & *habens in utero clamabat parturiens*. Duo autem ille intendebat: matrem scilicet terrere ne, parere auderet, existimans minus malum non parere filium, qui mox futurus esset aded feri draconis esca: illa autem non patiente, ipse sui fiebat voti compos: siquidem necesse erat *filium* in matris utero remanentem mori; ac proinde etiam ipsam *matrem*. Quòd si ramentum illa pareret: contendebat ipse *filium* natum statim deuorare; ita vt ex materno utero prodeuntem in suum ipse per os aliquod ex suis trajceret. ex quo facile intelligitur studium ipsius Sathanæ in suis tentationibus contra Deum *vocationes*: quæ sunt *sementis*, in cuius virtute *concipit* homo, & spiritualiter in anima sua generat Christum, vt viuat intra ipsum per viam fidem & Charitatem; aut etiam in aliquo statu perfectionis. Tunc autem illum *parit*: cum bonum suum conceptum, & internum sensum bonis externis operibus manifestat. Et quoniam hoc totum fit gemitibus, partusq; doloribus, erigitur hæc fera ad hunc fructum ita impediendum, vt *non prodeat* in lucem; aut, si prodierit, mox pereat. Ipsos quoque Euangelicos ministros, quorum officium (vt ait Apostolus) est, *spirituales h filios parturire* donec in eorum animabus *Christus* ipse *formetur*: illos, inquam, etiam deterret: vt ab officio desistant, aut eo minus rectè fungantur: quòd insurgentes contra se persecutiones euadant, quemadmodum alibi est dictum.

§. 2. De bellico apparatu, quo nos providentia Diuina ad resistendum Draconi præmunet.

VIDEA MVS nunc bellicum apparatus, quo nos providentia diuina præuenit, & ad resistendum draconi præmunet. Id enim eleganter exprimitur in mystica illa a *muliere*, quam diximus. *Que apparatus in celo amicta Sole, & Luna sub pedibus eius; & in capite eius corona stellarum duodecim*, quo ornatu significantur *milites*, *arma*, & *spiritualia auxilia*, quæ habet

mysticum Christi Domini corpus: hoc est ipsi Christiani, ad resistendum Daemonibus. Nam, esto Draco ipse sit magnus: hæc quoque sancta mulier est in oculis Dei magna, adeoque excelsa, ut eius habitatio in ipso sit *caelo*; & pedibus insistent Luna, attingat capite cælum ipsum *stellarum*; quam ipsius sponfus admirandis ornamentis; non terrenis sed cælestibus, in omni virtutum genere exornat. Quod si Draco *rufa* naturæ suæ pelle cooperitur; hæc mulier à capite vsque ad pedestanquam pallio quodam operitur ipso Sole iustitiæ, cuius protectio est illi fortissimæ *loricæ* instar aduersus omnes ictus, & impetus hostium suorum. Cùm igitur S. Iob dixerit *pone me Domine iuxta te, & cuiusvis manus pugnet contra me*: quomodo timebit Draconem, qui est ad eò prope ipsum Deum, ut ab eo tanquam pallio cooperiatur? & qui poterit tentationis *sagitta* eum lædere, si protectio diuina tanquã *loricæ* illum defendit? cur timebit decem Draconis cornua, qui protegitur a Sole, cuius radij sunt tanquã ignis? *ego* (dicit ipse Dominus) *ero ei murus ignis in circuitu, & in gloria ero in medio eius*, qui hostes capere poterunt ciuitatem, cuius mœnia non sunt ex terra aut lapide, sed ex igne horrendo? Siquidem Deus ipse talis est tibi murus, & mœnia: idem glorificabitur in te ob tuam victoriam. Quid ergò dicemus de corona duodecim stellarum, quæ exercitum significat innumerabilium *Angelorum*, circumstantium ac protegentium iustos; ut triumphent de Dracone, & gloriosas victoriæ coronas obtineant? hoc confirmat quod subiicit S. Ioanes: *d. & factum est prælium magnum in caelo: Michael, & Angeli eius præliabantur cum Dracone, & Draco pugnat, & Angeli eius, & non valuerunt, neque locus inuentus est eorum amplius in caelo. vicerunt ergo Angeli Draconem, qui infestabat mulierem. Et Dauid ait e. Angelos custodire nos in omnibus viis nostris, ut super Aspidem & Basiliscum ambulemus, & conculcemus Leonem & Draconem.* Hoc est, ut omne genus Daemoniorum superare possimus: siue qui interiores aures nostras tanquam *Aspides* obdurant; & qui tanquam *Basilisci* ad curiositatem nos impellunt, aut qui ad superbiam tanquam *Leones*, aut ad hypocrisin, tanquam *Dracones* instigant: nam contra omnes huiusmodi hostes remedia nobis Angeli inspirant, quibus victores euadamus. Eandem Ecclesiam coronant etiam *duodecim stelle*, viri scilicet Apostolici: quorum munus est, eos, qui impugnantur, adiuuare, monitisq; & orationibus defendere, animumq; illis addere, ut viriliter agerent, victoriam reporent. Si enim *lectulum Salomonis sexaginta fortes* ambiunt, ex fortissimis Israel: cùm anima iusti sit lectulus, in quo requiescit Christus: quid mirum, si eam ambiant Angelorum & Apostolorum exercitus, qui quoddã videant, aut contemplantur Deum, appellantur *Israel*: suntq; fortes coram ipso, *duodecim* quoq; aliæ *stelle* eius caput coronant: quæ sunt omnium cælestium *virtutum* exercitus, potentium destrue-

Mulier.

1.

Magna.

2.

Soli amicta.

b Iob. 17. 3.

c Zach. 2. 5.

3.

Corona stellarum 12. d Apoc. 12. 7.

Angeli.

e Psal. 90. 11.

Varia demonia.

Apostoli.

f Cant. 3. 7.

Virtutes.

S. Thom. 1. 2.
q. 63. a. 1.

g. Apoc. 12. 4.

g. Eph. 1. 22.
h. i. hil. 4. 1.

Iustus coro-
na Christi.
i. Ioan. 10.
28.

4.
k. Psa. 88.
38.

B. Virgo Lu-
na in libro
n. Christi.

5.
Peccandi
occasionem
fugienda.
I. Apoc. 12.
14.

re exercitum vitiorum; & gloriosissimas ex hac pugna coronas obtinere. Quāvis enim *vitia* sint hostes valde robusti, & importuni ob *affinitate*, quam habent cum *carne*: *virtutes* tamen sunt ex se robustiores, ed quod *Spiritus* sint quasi *conaturalis*, quas etiam Deus supernaturalibus alijs corroborat, quae à diuina ipsius gratia procedunt. Et quamuis g. *Draconis cauda* aded sit potēs, vt *tertiam stellarum partem* deiciat: nunquā tamen duodecim illas attinget, quibus coronatum est g. *Ecclesia capiti Christus* Dominus noster: qui corona est insigniū horum virorum, & omniū ipsum cum perfectione imitantium: qui boni discipuli (vt ait Apostolus) gloria sunt & h. *corona* sui magistri. Quis verò est, qui coronam in capite gestaus, eam non defendat? quod si hic ipse Dominus voluit in hac vita, infixis capiti suo spinis coronari, ad significandā regni sui stabilitatem & firmitatem: quanto magis ille, vobis iustos, qui viuunt in regno ipsius, & quos harū spinarum sanguine sibi cōparauit, esse tanquā stella fixas, ita vt draconis ipsius furia ad eas nec accedat, neq; deiciat: propterea enim de ijs loquēs, quos Pater illi dedit, dixit: *in non rapet eos quisquā de manu mea*. Contende igitur, vt sis *corona Christi*: ita viues, sicut ipse vixit: & ille te proteget à dracone eiusq; oppugnationib; & impulsibus.

Quod si aliam mysticā huius mulieris stabilitatem ac firmitatem cognoscere velis: aspice basim & fundamentum cui pedibus innititur, *Lunam* scilicet: quae, quā pulchra, & plena semperque duratura, Symbolum est throni Iesu Christi, de quo aeternus Pater per os Dauidis dixit: *k. thronus eius, sicut Sol in conspectu meo, & sicut Luna perfecta in aeternum*. Quis verò thronus hic Christi, nisi *Virgo* sanctissima? in cuius utero clausus mansit filius Dei: in uentribus; quem per plurimos dies in suis etiam vlnis gestauit: obituque Lunae officium in Ecclesia; quam, sicut *basis columnam* super se collocatam, sustentat: sua enim intercessione stabilitatem hāc aduersus omnes tentationes impetrat, ita vt ab statione sua deiecere eam non possint. Eidem Virgini innititur firmitas & constantia iustorum: in qua illi affectuum suorum pedes, omnemque spem pericula feliciter euadendi collocant. Est autem insignis honor huius Virginis, quod hoc erga Ecclesiam praeter officium, vt in terra eam stabiliat ac firmet, & postea in caelum transferat; cuius subsidio pretiosam vestem, & coronam, qua est exornata, conseruat.

Nec tamen finis hic est apparatus & ornamentum caelestis huius mulieris, ad resistendum draconi: sunt enim aliqua tentationes *fuga* vincendae, non ex pusillanimitate, sed quod hic sit aptus pugnandi ac vincendi modus. Ad id igitur sua etiam arma habet. ait enim idem S. Euangelista: *I. datus fuisse mulieri alas duas aquila magna, vt volaret in desertum in locum suum, quem Deus illi ad securitatem suam preparauit*. Quae autem sunt haec *duae alae*, nisi quae notitia & cognitiones, quae principium sunt bonorum operum, & vi-

etoria-

ctoriarum contra tentationes: *cognitio* scilicet DEI, *Christique* Domini nostri, à quo certissima speramus auxilia; & *propria* nostra *debilitati*, ac omnium miseriarum, propter quas non sufficimus absque DEI auxilio (quod unicum est earum remedium) nobis subuenire: ex quo affectus oriuntur demissionis ac *dissidentie* propriae, cum magna tamen *fiducia* de misericordia & omnipotentia diuina. His duabus alis Iusti fugiunt draconem, quando ad eundem vincendum expedit fugere: deserendo scilicet *peccandi occasiones*, quæ sunt in mundo; & volando in desertum, ad spirituales *quiete* vitæ *solitudinem*, à prauis societatibus remotam. & nonnunquam ad solitudinem vitæ *religiosæ*, in qua maior est securitas. Ne tamen draco fame illos capiat, ac vincat: prospexit etiam diuina prouidentia insigni huic mulieri de alimento. Addit enim Euangelista, quod in loco illo *alitur a facie serpentis*: contra eius scilicet furorem. Quia duas illi suauissimas mentas sternit: mentam scilicet SACRÆ SCRIPTURÆ de qua Dauid: *inparasti in conspectu meo mentem aduersus eos qui tribulant me*; & mentam SANCTISSIMI altaris SACRAMENTI. cuius esca (vt S. Chryso. dixit) tanquam Leones nos reddit fortes, ipsisque Dæmonibus terribiles.

DEIQUE, quoniam pauperum, debiliū, & afflictorum remedium est, auxilium a *potentibus* petere: de hoc etiam remedio prospexit DEVS Dominus noster Ecclesiæ suæ: aperienti. n. os suum in oratione, ad hoc auxiliū petendu, semper Deus mittit valde copiosū, vt hic apparet: eius enim mandato *adiuuu terra muliere fugiente, & aperuit terra os suū, & absorbuit flumē, quod misit draco de ore suo*. Omnes enim *creatura* obediunt suo Creatori: quæ opera vitur Deus, vt suos adiuuet electos; & à persecutionibus ac tentationibus, quib. affliguntur, eripiat. Quod si naturalia media ad id nō sufficient, addet etiā *prodigia*: constituendo, vt ipsa terra aperiat, & ipsos persecutores ac rotatores viuos absumat. & sic maneat Ecclesia ipsa libera, & ab eis secura.

Huiusmodi autem auxilijs, quid mirum, quod n. *mulier* omni draconis timore deposito, *pariat filium masculum* quem in suis gestabat visceribus? & cur non sit securus filius, *qui*, antequam draco nocere ei posset, *raptus est ad Deum, & ad thronū eius*? An non aperte nobis significat: iustos, huiusmodi auxilijs roboratos, *opere* ipso exequi bona proposita, quæ *conceperant*, non attendentes ad terribilia sibi à dæmone opposita: sciunt. n. se Deo esse curæ, qui bona ipsorum opera sit promoturus, & ad se accepturus, recipitq; in se, præmiū pro eis in throno suæ gloriæ redditurū. Qui iusti, si ex officio ipsis incumbat *saluti proximorū* attendere, etiā non abijciunt animum, ob timorem draconis, sed potius student viros generare perfectissimos: plurimū confidentes, quod æternus Pater rationem, illorum sit habiturus, & in locotuto eos collocaturus: vbi etiam si oppugnentur, nō expugnentur tamē.

Duplex co-
gnitio Dei
& nostra.

6.
Mentæ duæ
calestes.
in Psal. 22. 5.
Hom. 61. ad
pop.

7.
Dominus
audire ino-
pium.
in Apoc. 12.
6.

in vers. 5.

Deus iuuat
propria &
aliena salu-
tis amātes.

Hæc summa est *tentationum* Satanæ, & *auxiliorum*, quæ ad eas vincendas habemus: quarum fusior explicatio in huius Tractatus progressu ponetur.

Lib. de perf.
Spir. c. 94.

Secundum
martyrium
Confessorii.

o Matt. 10

32.

p Luc. 12. 8.

Hic verò capiti linè imponamus insigni quodam documento, quod S. Diadocus Phontensis Episc. tradidit, dicens: omnes has dæmonis ac ministrorum eius tentationes, & persecutiones, esse *Secundum martyrii Confessorii*, quod antiquorum *martyrii* cruciatibus & martyrio successit. Idem enim dæmon, qui per Tyrannorū & carnificū ora dicebat martyribus, vt Christum abnegarēt, horrendis eos crucians *tormentis*, nisi facerent: idē nūc per occultas suas *suggestiones*, & per os mundanorum hominum dicit, vt eundem Christum operibus abnegemus: crucians nos varijs tribulationibus: vt si non fidem, saltem Charitatem & Christianam perfectionem abiciamus. Quamobrem plurimum (inquit) refert, valdè cautè, & patienter conscientia nostra martyrium tolerare, & constantes esse in bono testimonio, & confessione ipsius Christi, dum tot nos vrgent tentationes. Siquidem etiam in his occasionibus locum habet, quod ipse Christus dixit, o *Omnes, qui confitebitur me coram hominibus, confitebor & ego eum coram Patre meo, & p coram Angelis eius*. Si enim magna erat Christi gloria, quod *martyres* eius fidem coram Tyrannis confiterentur, etiam cum iactura facultatum, honoris, & vitæ: etiam cedit in magnam eiusdem gloriam, quod *iusti* fidem seruent, & Charitatem cum magna fidelitate, in despectum dæmonis, & ministrorum eius eligentes potiùs omnia sua amittere, etiam vitam ipsam, ne ipsum opere aliquo abnegent. quamobrem digni sunt, qui coram Deo honorentur: sicut è contra confundentur, ac damnabuntur, qui in hoc martyrio & confessione, ad eò gloriosa, ex animi abiectioe deficient.

CAPVT II.

DÆMONIS TENTATIONES A DIVINA PROVIDENTIA LIMITARI IN MAGNA ELECTORUM COMMODA: & QUAMAM HÆC SIMI.

Dæmon
multos su-
perat.

DÆMONIS ferocitas, ac tentationum *terribilitas*, de quibus diximus, noua cuiusdam tentationis adferunt occasionem. cōque-
runtur enim tentati de DEO D. N. quod astutum ad eò, ferumque *draconem* cum horredis ad eò armis permittat homines ad eò imbecilles aggredi, & oppugnare: cum doceat experientia, innumeros succumbere, paucissimos verò victores euadere. Verum huius querelæ fundamentum facile euertetur, iacto verissimo alio fundamento: quod omnes in vniuersum feræ huius tentationes à paterna Dei nostri providentia limitetur, & intra certos terminos ab ipsa præfixos contineantur. In qua re infinitam suam sapientiam, omnipotentiam, & charitatem manifestat. Quare neque error aliquis, aut culpa; aut crudelitas, aut defectus amoris; inordinatio, aut alius defectus in ea facultate & permissione, quâ Deus præscribit inue-

Nil potest
absque Deo.

inue-

inueniri potest. Nam huiusmodi defectus non potest ab ignorantia procedere: cū Deus sit infinite sapiēs: sintq; ei manifestæ omnes Sathane astutia quantisq; viribus polleat; & exiles nostræ vires, ad ei resistendum; & auxilia quæ nobis dare potest ad eum superandū: Nec ea auxilia offerre negliget ex imbecillitate: cū sit infinite potens, ad quæcunque voluerit: sine cuius nutu & facultate Dæmones: quantūuis feroces appareant, nihil omnindō possunt; cum ipsius verō auxilio homines, etiam debilissimi, possunt omnia: & eadē facilitate potest debilis fortem quemuis superare, quæ robustus debilem: nā per inermem *apastorem* vincit multis armis munitū *Gigantem*; & iacto *unicō lapide*, integram deicit turrim carneam, cuius proprio *agladio* *præcidit caput eius*. & quoniam, quod quis aliquid possit, nihil valet, nisi etiam velit: nō potest deesse Deo *voluntas* auxilium suum omnibus dandi, cū sit ipse infinite bonus, ac beneuolus: ad cuius bonitatē pertinet, cū tentationes permittit, sufficientia subsidia ad eas vincendas, & vtilitatem ac fructum ex eis capiendum conferre. Nam, vt S. Augustinus ait: tanta est Dei bonitas, vt nūquam hæc mala permetteret, nisi sciret, ac posset maiora ac præstantiora bona ex ijs elicere pro suis Electis. Et propterea dixit Apostolus *hæc est Deus qui non patitur vos tentari supra id quod potestis; sed faciet etiā cum tentatione prouentum*. Dicit autem: Deum in hoc esse *fidelem*: quia facit iusta ea, quæ faceret qui esset talis, atque ipse est; & quod bonitati suæ, verboque & promissioni nobis factæ debet. Ad hanc igitur fidelitatē spectat, non facere dæmoni potestatem in ea extēsiōe, & plenitudine, quam ipse petit ac desiderat: aggrediendi quoscunque, & quocunque tempore, & loco, ac modo, quo ipse velle; sed cum eo termino, ac limite, quem ipse Dominus præscribit. Quemadmodum paruit cum facultatem petijt aggrediendi ac vexandi S. Iob: quā bis limitauit, & in ipso modo eam facultatem petendi, ostendit, se alias habere ligatas manus. dixit enim Deo, *c Extende paululum manum tuam*. quasi diceret: manu tua meam comprimis, & tua potentia contines meam: laxa itaque paululum manum tuam, vt possit mea liberè eum aggredi: & videbis, an, sicut antea, benedicet tibi. Cui primum respondens Deus, permisit *extendere manum suam ad cuncta, quæ Iob possidebat*: quia ecce *uniuersa, quæ habet, in manu tua sunt, tantum ne in eum extendas manum tuam*, quam voluit Deus ad id esse ligatam. Ex quo colligit S. Augustinus, dæmonis *voluntatem* semper esse malam, *potestatem* verò semper esse bonam: quia est potestas ab occulta Dei prouidentia, iusta tamē, concessa. Et hoc modo Christus Dominus noster corripuit superbiam Pilati dicentis: *d potestatem habeo crucifigere te* dixit enim ei Christus: *non haberes potestatem in me ullam, nisi tibi datum esset de super*. Quod etiam S. Gregorius confirmat, dicens *Satanae voluntas* semper iniqua est: sed nunquam *potestas* iniusta: quia à semet-

Demi sapi-
ens,

Potens.

a 1. Reg. 17.

49.

a 1. Reg. 17.

51.

Bonus.

in Enc. c. 11.

c 1. Co. 10, 13

Fidelis.

Iob.

c Iob. 1. 11.

Dæmonis
mala vol-
untas, bona
potestas.Præsentat.
ratio. 2.
ad Asac. 29.

d Ioa. 19, 11.

lib. 2. Mor.

c. 6.

ipso

R 3

Deum time.

c. Iob. 40.
14.
Dæmonis
gladius in
vagina Dei
c. Mat. 4. 1.
S. Greg. 1. 32.
Mor. 4. c. 11.

a. Sap. 10. 12.
Iacob.

b. Iob. 1. 8.

ipso voluntatem habet, sed a Domino potestatem: & quod ipse facere-
 que appetit, hoc Deus fieri, non nisi iuste, & ob aliquos diuina sua glo-
 ria fines, permittit. Quare addit (idem Sanctus formidari non debet, qui
 nihil nisi permissus valet: ille autem est timendus, & honorandus, eidem-
 que seruiendum; cuius est potestas, & cui dæmon ipse parer, & obsequi-
 tur in eo, quod sibi permittitur. Non igitur est, cur nimium draconem
 hunc timeas, qui absque DEI voluntate, nec septem capitum oribus mor-
 dere, nec decem cornibus lædere, nec ferocem caudam mouere, nec aqua-
 rum flumina per execrandum os suum mittere potest: ed quod ad hæc om-
 nia ligatus sit ab Omnipotentia diuina. hæc igitur est timenda ne illum
 in tuum damnum, prauæque vitæ punitionem soluat. Si esset propè in-
 gens aliquis ac ferox Gigas cum gladio vaginae incluso; & ex parte altera
 magnus aliquis tuus amicus Gigante ipso potentior, qui brachium eius
 contineret, ne gladium posset euaginare, nec se loco mouere: non esset
 certè cur Gigantem timeres sed operam dres vt potentis aded amici gra-
 tiam conseruares. Talis igitur est ferocis Behemoth potestas, de quo in li-
 bro Iob: quod sit principium viarum Dei, & qui fecit eum applicabit gladi-
 um eius. quæ sententia nobis significat: quæ cuius potestas ob genero-
 sam & robustam naturam, quæ accepit à creatore, magna sit: totâ tamen illâ
 tanquam gladium esse vaginae inclusum, qui absque creatoris licentia nec
 extrahi, nec vsui esse possit: non solum ad nocendum hominibus, qui sunt
 imago DEI; sed nec ad ingrediendum e in gregem porcorum. ne te huic gre-
 gi per imitationem bestialis vitæ coniungas: & non erit cur Dæmonem
 formides, ad ipsum enim DEVM spectat eum inficætare, potestatem ei
 facere gladium euaginandu: vt impugnet homines intra limites à sua diu-
 na prouidentia designatos. Sed quoniam hæc prouidentia variè splendet in va-
 rijs tentationu euentibus, aperiemus in particulari aliquos magis precipuos.
 § I. Prædicta confirmantur adductis in medium aliquod iustorum exemplis.
 INCIPIAMVS à Iustis destinatis ad cælum, & per Iacob significatis de quo
 ait Sapiens, quod a certamen forte dederit illi, vt vinceret? & ipsa experi-
 entia sciret quoniam omnium hostium potentior esset diuina Sapiens. Siquidem
 aded facile, & per homines alioqui imbecilles, gratia tamen ipsius corrob-
 oratos, oes illos vincit; quorum fortitudinem, quia apprimè nouit, vult proba-
 ri, vt adhuc magis perficiatur. Et quoniam dæmon non audet eos aggredi ti-
 mens succumbere, solet ipse Dominus aliquid insinuare, quo ille facultatem
 sibi dari perat ad gladium in illos euaginandu quia nouit Dominus, eualu-
 ros illos victores. Eo. n. spectabât verba illa Dei ad Satanâ: b. considera si ser-
 uum meum Iob, quod non sit ei similis in terra? quid. n. aliud insinuare Deus vo-
 luit, quâ ipsum Saranam inuitare, vt Sancti Iob sanctitatis aliquâ sumeret ex-
 perien-

perientia: ad quod ipse Satanas facillitate peteret: ut suis eum tentationibus aggrederetur, magnas eius virtutes agnosceret. Nouerat bene Deus (ait S. Gregorius), Sanctum Iob victorem ex ea pugna euasurum, propterea. nullum coram ipso eius hoste laudauit, ut solita sua inuidia excitatus, optaret crudeliter eum aggredi: qua occasione Iob multo amplius proficeret tali obrecta victoria. Nec exiguum existimat Cassianus profectum esse, quod quis ita dextere utraq; manu pugnare discat, saltem ne Satanas dicat: *numquid Iob frustra timet, aut colit? Deum quasi non ei seruiret, quod sit Deus; sed quod blandum ab eodem tractetur, bonifque plurimum repleatur.* Ut igitur hunc damno deponat errorem, iustusque intentione sua, qua Deo seruit, aperiat, aut purificet, & perficiat, permittit ipsum tentari, & aliquam ei euenire persecutionem, nam, si etiam tunc sit constans firmusque; in Deo obsequio, ostendit illi, diligere, eique seruire, non quod blandum iuuaretque; ab ipso tractetur; sed quod ipse tali obsequio, amoreque; sit dignus. **ADDE**, quod, hoc consilio indigeat, & ab ipsius misericordia dependeat; clareque; aduertat imbecillitatem propriam. Nam, ut S. Gregorius ait, nemo vires suas in pace agnoscat: & si bella defunt, virtutum experimenta non prodant. Improvidus miles est, qui forte se in pace gloriatur, & propterea aperte dicitur in Iob *desecet caro illius, & ossa, que tacta fuerant, nudabuntur.* cum enim flagellis premetur, exterior omnis Iusti voluptas atteritur: internae fortitudinis & reliquarum virtutum ossa nudantur. **PRAECIPVE** autem id euenit in aliquibus virtutibus, quae non possunt heroicis suis actus, nisi in medijs tentationibus manifestare. Perfectissima *castitas* in medijs maxime flammis resplendet; heroica *fiducia*, in maioribus periculis; firma *fortitudo*, in timoribus; profunda *humilitas*, in opprobrijs; & inuicta *patientia*, in grauissimis calamitatibus: quae omnia adferunt tentationes, & quod plus est, plurimum conferunt ad ipsasmet virtutes cum maiori excellentia comparandas. ac propterea Christus D. N. Sanctae *Catharina Senesi* dixit: quando quis ab ipso petit castitatem, aut aliam virtutem: se permittere, ipsum grauius contra ipsam virtutem tentari: nam tentationem impellere ad orandum, variaque; media querenda, actusque exercendos, quibus eadem virtus citius ac solidius comparetur. Quid verò dicam de experimentalis scientia multarum rerum magni momenti, quae in huiusmodi congressibus, addiscuntur: quae obrem dixit Sapiens: *e qui non est tentatus, quia scit: quomodo sciet tentatis consilium, pericula eorum praenire, eosque; adiuuare, & illis copari?* Ipse ite Saluator mundi voluit, (ut ait Apostolus,) tentationes experiri: ut in ijs disceret *fides, qui tentantur, auxiliari*: non quod ipse experientia opus haberet, sed ut nos intelligeremus, quomodo eis indigeremus; & crederemus, ipsum *copari infirmitatibus nostris, ex ijs quae ipse passus est.* Et propterea perpendit Scriptura diuina **H D E V M** reliquisse *Cananaeorum & Phili-*

listino-

Deus Satanam inuitat ad tentandum fortes.

Lib. 2. Mor. c. 3.

1.

Colla 4. c. 6.

c. Iob. 1. 9.

Ex. legunt: colit.

isisti sunt ambidextri.

2.

Tentatio illuminat.

Lib. 23. Mor. c. 8.

cc

d. Iob. 33. 12.

cc

3.

Virtutes perficit.

In vita eius

4.

rudis.

Eccel. 34. 9.

1.

Et Iob 2. 18.

Heb. 4. 15.

2. 5. 8.

Iud. 3. 1.

listinorum gentes in terra promissionis; ut in ipsis erudiret Israel in virtutum scientia, & discerent orare, & in DEO confidere; otiositatem excuterent, essentque periti pugnandi: ut se ab hostibus defenderent. Qui fructus & alia maiora commoda cessarent: si pugna illæ non essent imò periculum immineret, quæ obtinuissent amittendi. NIMIA enim pax securitatem nimiam generat, quæ mater est negligentia, quam sequitur tepiditas, & hanc perditio. Quemadmodum sæpe docuit experientia in primæua Ecclesia: quæ, cum pax erat, remittebat feruorem; qui, obortis tentationibus, crescebat: virtusq; erat multò perfectior. HÆC omnia pulcherrime declarauit ipse Dominus, dicens apud Zachariam: *in partes dua in terra dispergentur & deficient: & tertia pars relinquetur in ea. Et ducam tertiam partem per ignem, & uram eos sicut uritur argentum: & probabo eos sicut probatur aurum. Ipse vocabit nomen meum, & ego exaudiam eum. Dicam populus meus; & ipse dicet: Dominus DEVS meus.* quid autem tota hæc sententia significat, nisi quod si dua partes hominum culpa sua peribunt, tertia Electorum saluabitur, purgata prius in igne tentationum & tribulationum; quemadmodum argentum, & aurum ex igne magis pura & splendentia prodeunt. Et hac ratione magna erit ipsorum cum DEO familiaritas in oratione: & ipse DEVS gloriabitur, quod talem habeat populum, & tanquam rem suam tractabit: ipsique exultabunt; quod talem habeant DEVM: cuius obsequio se totos consecrabit. O felicem tentationum ignem; in quo iustus tanquam aurum purificatur, & perficitur, abiciens à se omnem vitiorum scoriam; liquefcit tanquam argentum, ac feruentibus affectibus emollescit, & quasi k holocaustis hostiam Deo offert, consumptis in se inordinatis ad creaturas propensionibus: ut totum suum amorem dirigat ad Creatorem, ascendens thuris instar in altum, ut suam conuersationem habeat in cælis. *Proba me Domine & tenta me: & renes meos, & cor meum: bonum enim mihi est ut tenter, & in igne examiner, sicut examinatur argentum.* Siquidem ex eo ad tantam me deducis quietem. *Omne gaudium mihi esse existimabo* (ut San. Apostolus Iacobus dixit) *cum in tentationes varias incidero*, sciens, te eas ad meam in fide probationem dirigere, & ad patientiam exercendam: ut maiorem obtineam puritatem, & quasi compendio quodam ad perfectionem perueniam.

SED non omnes Electi statim per tentationes hæc bona consequuntur. NAM DEVS D.N. dat aliquâdo licentiã Satanæ, ut illos aggrediatur, etiam si videat, illos vincēdos: quâuis in eū finē lapsum illū permittat: ut maiores ex eo hauriant utilitates. Quemadmodum videre licet ex eo, quod noster Saluator nocte ante suam Passionem Sancto Petro dixit *o simō, Simon, ecce Satanas expetuit vos, ut cibaret sicut triticum: ego autem rogavi pro te, ut non deficiat fides tua: & tu aliquando conuersus confirma fratres tuos:* quibus

5.
Pax pericu-
lo/a.

6.
i Zach. 13, 8.

Tertia pars
vix. nec sine
tentatione
saluatur.

k Sap. 3, 5.

l Psal. 27, 2.
m Ps. 05 10.
n Luc. 12.

Tentationis
utilitas.

I
Electi ali-
quando ad
bonam suc-
cumbunt.
o Luc. 22, 31.

verbis, ait S. Ambrosius, significari, Dæmonē facultatem petuisse aggrediē-
 di Apostolos, & hinc inde magna vi illos gyrandi, ad eū modū, quo triticum
 cribro in gyrum mouetur, vt à sordibus perpurgetur; & hanc facultatem illi
 fuisse concessam, etiam si multi illorum ea tentatione essent vincendi. At ip-
 se Dñs, qui occultis suis iudicijs nō rogauit, ne tentarentur, & propter scā-
 dalum, quo affecti fuerunt, dispergerentur: orauit, vt illa tentatio in maiore
 ipsorum vtilitate cederet, essetq; illis tanquā cribrū ex vsu, vt magis purifica-
 rentur. Ex ea enim surrexit S. Petrus multò humilior & cautior; atque magis
 attentus ad sibi in cauēdis occasionibus prospiciendū; magisq; feruens ac ze-
 losus in obsequio Domini, qui culpam illi remisit; magis *compatiens* fratri-
 bus suis, vt lapsos erigeret, & firmiores postea starent. Similem quoque fru-
 ctum reliqui *Apostoli* ex hac cribratione acceperunt, excepto Iuda: nam *pim-
 pit*, ac reprobi *tanquā puluis sunt, quē proiicit ventus a facie terre*: pereuntq; ab
 Ecclesia in aternū exclusi, iusti autem tanquam solidū q *frumentum* perman-
 ent (vt dixit Amos Propheta) in ipso *cribro*, & quamuis *concutiantur*, & ia-
 cturam aliquam faciant: illa tamen breui tēpore durat, & ita reparatur, vt in
 maiorem soliditatem ac firmitatem conuertatur. In quibus impletur, quod
 ipse Dominus per Isaiā dixit: *Et ad punctū Et in modico dereliqui te Et in misera-
 tionibus magnis congregabo te. In momēto indignationis abscondi faciem meam parū-
 per a te, Et in misericordia sempiterna miserius sum tui.* Desertio enim breui tem-
 pore durauit, vt *suam imbecillitatem agnoscerent*: *miseriordia* verò fuit
 perpetua, quæ ad maiorem illos firmitatem erexit, quod abscondit faciem
 suam, ex indignatione fuit, *parumper*: cui tamen adiuncta fuit *miseriordia*
 quæ eō tendebat, vt illi miseriam, quam ex seipsis habebant agnoscentes,
 magis ei Domino afficerentur, qui poterat ab illa liberare.

Ex his colligere licet præclaram aliam causam, cur Deus D. N. ten-
 tationes permittat: vt scilicet ipsius electi, etiam si alioqui valde imbecil-
 les, audeant tamen dæmonem ipsum contemnere, & irridere: tantum fru-
 ctum haurientes ex eo ipso, quod hostis in ipsorum perniciem machina-
 batur, quantū ipse Dominus dixit S. Iob: *Nunquid illudes Leviathan, qua-
 si aut ligabis eum ancillis tuis? concident eum amici, diuident eū negotiatores:
 nunquid implebis sagenas pelle eius, & gurgustium piscium capite ipsius pones su-
 per eum manum tuam?* voluit autem hoc dicere: id quod hominibus est im-
 possibile iuxta illorum vires: est facillimum, si meæ accedant. Ego, ego
 sum, qui *draconem hunc formauit, vt illuderet ei* non solum mei serui, viri
 scilicet robusti & fortes, sed *ancille* quoque meæ, quæ sunt animæ de-
 biles. Hæ enim, gratia & auxilio meo accedente, temerariam eius
 audaciam compriment; eumque tanquam *anem* capient qui audebat eas
 aggredi, vt caderet: & *irridebunt eum*, qui, vt ipsas irrideret, veniebat, &

T. 1. 2.

S

hac

Lib. 1. de Vo-
 cat. Gent. c.
 vlt. 29. S.
 Cypri. lib. 4.
 epi 4.

Cibrū pur-
 gat triticum
 puluerem
 abicit.

p Psal. 1. 14.

q Amos. 9. 9

r Isai. 54. 7.

Deus ad tē-
 pus deserit.

2.

Tentationes
 docent in
 sustare Sa-
 thana.

l Job. 40. 24

r Psal. 103. 26

S. Aug. con-
 4. in Psalms
 110.

hac ratione conuertent tentationum eius feritatem in preclarissimarum coronarum materiam, amici mei, & negotiatores Ecclesie mee concident eum, eiusque spolijs ditabuntur, elicientes ex his conflictibus diuitias heroicarum virtutum, & predicationis reti eripient ex eius potestate animas, quas deuorauerat, secumque tanquam membra maledicti sui corporis coniunxerat: ita vt maneat ipse suspenso naso. Quod si scire velis rationem & modum, quo diuina prouidentia in hac re vitur: id ad viuum quasi depictum perspicias in stupendo illo euentu iunioris *Tobias*, cum profectio- nem quandam instituturus, suafu parentis exiuit ex domo, vt comitem aliquem quaereret, a quo duceretur: caelesti vero consilio & directione inuenit *S. Raphaelem* in habitu peregrinantis, qui obrulit se illi in itineris comitem. Et prima die itineris, v primaque mansione propè fluuiam Tigris volens ipse lauare pedes, exiit repente immanis piscis ore hian- te ad eum deuorandum. Quem vehementer expauescens *Tobias* clamauit ad comitem, & hæc sola verba dixit: *Domine inuabit me: cui dixit Angelus: apprehende branchiam eius, & trahere eum ad te: & resumpto animo, attraxit eum in sicum.* Eiusdem autem Angeli mandato exenter. iuit piscem, & cor eius, fel, ac secur reposuit sibi, reliquum vero assauit, & in sale positum secum acceperunt, vt in via comederent. Piscis igitur, qui exiuerat, vt ipsum deuoraret, ab ipso est deuoratus, & in ipsius nutrimentum conuersus: cuius felle vsus postea est ad liniendum oculos Patris, & visum ei restituendum: corde vero ad reprimendam daemoneis furiam. Num fortuitus talis fuit euentus? aut habet aliquot sub cortice latens mysterium? habet proculdubio, & quidem magnum; depingit enim nobis curam & sollicitudinem DEI Domini nostri de ijs, qui perfectionis Christianae vias ambulant; quos peculiari prouidentia per se ipsum, & custodes Angelos: suæque Ecclesie ministros deducit. Certum est enim, eodem die, quo statuis aqua *Pœnitentiae* & lachrymis te lauare, pedesque tuos à luto & puluere ex negotijs huius vitæ contracto perpurgare, mox in prima ipsa mansione, & primis bonorum tuorum exercitiorum gressibus exire in occursum immanem piscem *Leuiathan*, ore aperto, magnaque rabie ad te deuorandum. Sed vnde exit ex eodem omnino flumine, in quo te lauare statueras. nam ex ipsa asperitate operum *Pœnitentiae*, & ex decursu exercitiorum studiosorum occasionem arripit ad te impugnandum, incutiens magnum metum terribilitate & asperitate, quam in eis tibi obijcit. Nisi dicere velimus, illum exire ex flumine *Tigris*, qui figura est transeuntis & inconstantis huius mundi: cuius peritura bona ex vsu illi sunt ad eos pertentandos, qui amore inordinato illis appropinquant. Sed non deest tamen tunc prouidentia diuina: nam eodem timore, quem tentatio infert, te exitar ac suggerit, vt clames ad Deum, & recurras ad Angelum, & eum qui te dirigit,

vt tibi

*Tobias.*v *Tob. 6. 2.**Prudentia
diuina.**Demon no:
sardat.**Tentatio
docet orare.*

vt tibi adsint: & per hæc media ad cor tuum loquitur verbum quoddam, vehementem scilicet suam inspirationem, per quam timorē omnē repellit, quem Dæmon ingressus: animā pacificat, & animū addit nō solū ne fugiat, sed etiā vt ipsū aggrediatur, exenteret, ac edimuat: educendo ex ipsis tentationib. fructus stupendos. Nam *fel* amaritudinū, quas ex ipsis tentationib. experiris, clarificat internos oculos, vt ipsa experientia & *tuas miseras*, & *curam Dei* ad eas reparandas agnoscas: quorum alterū te demittat, alterū erigat. Et cor piscis, inordinatus sc. affectus, qui suggeritur, impellit te ad quærendos accensos feruentium actuum charitatis *carbones*: qui affectū ipsū cōsumāt, ac dissoluant; ascendente fragrati feruentiū orationū *sumo*, qui dæmones abigit; & causa est, cur eos Angelus liget, ne ad impugandum redeant, aut lædendum. Deniq; ipsa tentationū victoriæ *nutrimentū* erūt & spiritualis animæ tuæ refectio: quæ magnum animū addent ad multas alias victorias obtinendas. *Memoria* quoq; earum, sanctæ discretionis *sale* condita, perget porro iucundum tibi alimentum præbere; teque ad varia virtutum exercitia, quæ diximus, prouocare. Hoc igitur modo providentia diuina in tuum conuertit commodum, quod dæmones intentant in perniciem.

Pro vltimo tuo in his congressibus solatio, credendum tibi est firmiter, Deum D.N. eos reputare *suos*, eò quòd Satanas contra iustos pugnet propter odiū, quo ipsummet Deum prosequitur: volens vindictā quali de eo sumere in eius domesticis, & creaturis, quas ad suā imaginem & similitudinē cōdidit, capacesq; fecit gloriæ, quam sua culpa ipse perdidit. Et quoniā Pater noster cælestis hoc bene nouit; causā nostram reputat *suā* prodiq; ad nostrā defensionē, accipiens nos sub protectione sua; nostrumq; subsidium ita dirigens, vt victores euadamus. Huic fiduciæ innitebatur strenuus ille pugillator; qui etsi pauper & inermis esset opilio, oppoluit se tamen ferocilli Giganti, qui aspectu solo alios terrebat. Et cum alij capitanei illum fugerent, ipse aggressus in nomine Domini Dei Israel: *x ipsius enim (ait) est bellum*, non meum: ipsius Dei intuitu & causa geritur: & de illius honore agitur, vt victor euadam, quia eius est gloria futura. Ad cuius imitationem recurrendū tibi est in huiusmodi pugnis ad cælestem hūc Regem; dicens cum eodē Dauid; *y exurge Domine, & iudica causam tuam*, eripe me ab inimicis meis, qui ex odio, quo te prosequuntur, me aggrediuntur, & impugnant. Creatura tuā sum, meque ad tuum obsequium condidisti. Sed Satanas in tuum despectum contendit me ducere in captiuitatem. Confunde eius superbiam, meque ab eius Tyrannide defende: quia tuum in hoc honorem propugnabis. Certus verò esto, si hoc cum magna fiducia feceris, Deum pro sua gloria propugnaturum: quemadmodum fecit cum Moysē & Aaron; cum à populo vexarentur. *z fugerunt enim illi ad tabernaculum fæderis. Quod postquam ingressi*

Tentationū
commoda.3.
Deus nostrā
causam re-
putat suam.

x i. Reg. 17.

y Psal. 73. 22
Dei bellum
st.

z Nu. 10. 42

esset, operuit nubes, & apparuit gloria Domini: quia ipseus erat propria causa. Quare si in tentationibus & tribulationibus tuis ad Dei tabernaculum confugeris, & ad protectionem sub eius alas te receperis: descendet statim nubes protectionis ipsius ad tuam defensionem, ut suam in ea gloriam manifestet.

CAPUT III.

ALIÆ CAUSÆ, CUR DEVS TENTATIONES PERMITTAT, licet multi succumbant & cur alii vincant, alii pereant?

Quoniam plurimi sunt, qui ita tentationibus succumbunt, ut nunquam a lapsu resurgant: opera pretium erit ipsius Dei honorē propugnare; sicut ipse fecit, postquam recensuit sancto Iob feritatem illius Leuiathan, quamq; pauci essent, qui illum vincerēt: *a non quasi crudelis* (inquit) *suscitabo eum: quis enim resistere potest vultui meo? quis autē dedit mihi, ut reddam ei: omnia quæ sub celo sunt, mea sunt. Non parcam ei, & verbis potentibus, & ad precandum compositis.* Hæ præcipuè sunt rationes, quibus Deus D.N. causam suam iustificat, & ignorantium querelas intereludit: cum tentationes, aut aliæ quæuis tribulationes exurgunt, vndeunque illud proveniat.

a Iob 41.1.

1.
Deus misericors & iustus.

b Eccl. 15. 18.

c Deut. 32. 3.
d Iud. 3. 4.

2.
Deus sapiens & potens.
e Ios. 40. 17

Prima ratio est: quia ipse Deus est infinite misericors, & in omnibus suis actionibus iustus: quare in hac permissione non excitat ipse dæmonem, aut creaturas aliquas spiritu aliquo crudelitatis, & odij; sed spiritu misericordiæ & iustitiæ. Iustum est enim fidelitatem hominum, qui servire ipsi tenentur, experiri: ut occasionem inde accipiat fideles maioribus misericordijs remunerandi, rebelles verò pro meritis puniendi: cum oēs habeant liberum arbitrium ad eum generosum, & ingenuum, ut nec dæmon vim eis inferre possit; nec ipse Creator cogere velit. Nam potius (ut Sapiens ait) *b ante hominem vita & mors; bonum & malum: quod placuerit ei, dabitur illi:* ita ut libera sua voluntate mortem eligat, & peccatum, succumbendo tentationi, ac dæmoni: & eadem voluntate cum cælesti, quod habet, auxilio eligere potest vitam & virtutem, suoque Creatori esse fidelis. Ut ergo fidelitas hæc appareat, has contradictiones homini euenire permittit: quæ admodum permittit *c falsos Prophetas & d dimisit gentes, ut erudiret in eis Israel: & in ipsis experiretur, utrum audiret mandata Domini, an non: sed facile ea transgrederetur ad illarum nationum persuasionem.*

Præterea: magnus Deus noster ad eum sapiens, & potens est, ut neque homo, neque dæmon, aut Angelus resistere possit ijs, quæ ipse efficaciter vult, & constituit: & ideo dicit: *quis resistere poterit vultui meo?* & rationem exigere eorum, quæ ego facio: nullus est, qui hoc facere possit, *e omnes enim quasi non sint, sic sunt coram eo,* ad eius consilia impedienda. quare si tentationes & turbationes in mundo permittit; id non ex eo provenit, quod impedire illas non possit: cum nullus ei possit resistere: sed quod hac via velit il-

le infi-

le infinitas suas perfectiones manifestare; aliaque ingentia bona, & ipsis hominibus commoda ex eis deducere. Nam, si non essent in mundo improbi: quomodo *Charitatem* suam ostenderet Deus erga suos inimicos? & *liberalitatem* in beneficiendo ingratis? & suam *miseritordiam* in remittendis tot peccatis? & quomodo *bonitatis* suæ sublimitatem aperiret: vt fieret homo *mortalis*, & passionem, mortemque adeo horrendam pro eisdem hominibus sustineret: & si in mundo non essent tot miseræ; quomodo exercerentur tot heroica *virtutes* in earum reparatione, & tolerantia? & si non fuissent Tyranni adeo crudeles: quomodo fuissent tot insignes *martyres*? & si non essent dæmones: quomodo essent *vir* adeo strenui & insignes? stude itaque vnus ex illis esse, & *non resistas ei*, alioqui *pacem non habebis*. g. *Resiste vero diabolo, & statim fugiet a te*: Deus animam reddet quietam, efficietque ne bestia campi, & omnes hostes tui te impugnent: aut, si impugnauerint, noceant.

Sed huius rationis vis adhuc magis apparet ex altera, quam statim ipse Deus subiecit, *quis*, inquit, *ante dedit mihi, vt reddam ei*? quasi dixerit: ego sum fons primus, & origo bonorum omnium, quæ homines habent, & quibus ceteræ creaturæ gaudent: Ego ea illis distribuo, non ex debito, sed ex *gratia*: quia nullus primus mihi aliquid dare potuit, quo me obligaret ad ei dandum ipsum esse, & bonum quod habet: Et hoc solum sufficit, ne quis iure possit de mea gubernatione cõqueri, aut de re vlla, quam ego faciam: etiamsi non nihil laboris aut molestiæ sit sustinendum. Quare, ne oculos tuos in id conijcias, quodd te dæmon aggreditur, aut prosequitur hostis, aut mali quippiam tibi euenit: vt de Deo id permittente conqueraris: sed in ea bona potius respice, quæ ex sua misericordia tibi est largitus, aut in mala, à quibus te eripuit: & nisi tu ipse tibi desis, cupit te semper liberare, vt gratum te ipsi exhibeas, & fideliter seruias: nec propter hostis tui consilia & suggestiones ab eius obsequio discedas: h. *Vt* inquit *Isaias, qui contradicit fidei suo, nunquid dicit lutum figulo suo: quid me fecisti ex tali massa?* aut cur mihi talem dedisti figuram? *ian non habet potestatem figulus luti, vasa conficere, sicut illi placet, & in sinem quem vult: Subijce ergo te humiliter Creatori tuo, qui potens est præclaros thesauros etiam in vasis fictilibus reponere, & ne in tentationibus frangantur (in despectum inimici ea frangere conantis) conseruare.*

Eodem tendit *quarta* ratio, quæ est admiranda | *Omnia*, inquit, *quæ sub celo sunt, mea sunt*: & quia opera sunt manuum mearum: non odi illa, sed amo, quare si homines permitto tentari & vexari, non id ex odio, sed ex amore facio: vt perfectiores euadant. Et hoc est, quod Ecclesiasticus dixit in confirmationem similitudinis proximæ: m. *Vas*, inquit, *figuli probat fornax, & homines iustos tentatio tribulationis*. Significat enim, quemadmodum figu-

Deus ex malis elicit bona.

f Iob. 9. 4.
g Iac. 4. 7.

3.
Deus nihil tibi debet, cur ergo de eo queraris?

h Iſai. 45. 9.

i Rom. 9. 20.

k 2. Cor. 4. 7.

4.
I Iob. 41. 2.
Deus ex amore tentationes permittit.
m Eccl. 27. 6

lus vasa mittit in fornacem, non quod ea oderit: nec ut frangantur: hoc. n. el-
 set laboris sui fructum amittere; sed ut coquantur, & fortiora reddita vsui el-
 se possint ad destinatum finem: quamuis aliqua nihilominus contra men-
 tem figuli frangantur, eò quod ex mala temperie non possint igni resistere.
 Ita igitur ex Dei consilio homines, qui ex seipsis sunt vasa fictilia, mittun-
 tur in fornacem tribulationum, non quidem, ut ibi frangantur, & pereant:
 hoc enim alienum valde esset à Dei bonitate, & fini adueriaretur, in quem
 eos condidit; & intentioni, qua illos vocat, ut iustificet: sed ut mortificetur
 & omnem humiditatem, & terrenæ vitæ superfluitates exuant, purgantur
 seipfos hoc igne ab admittis peccatis: ut sic fortiores euadant, & constantes
 sint in virtutibus: possintque firmiter & constanter diuinæ gratiæ liquo-
 res retinere, & in varijs Ecclesiæ ministerijs seruire: ut postea transferan-
 tur in cælum, & tanquam vasa electa collocentur in mensa gloria. Nisi
 enim per huiusmodi tentationum & tribulationum ignem transirent,
 essent tanquam vasa ex luto non cæcto, fragilia, inutilia, & parua firmita-
 tis, ad quamcunque rem applicarentur. Et quamuis nulli essent demones,
 qui tentarent, facile ruerent, & frangerentur, ob naturam massæ fragilis,
 & ad malum propensæ: ex qua sunt constituti, tanquam n. *domus sine, qua
 terrenum habent fundamentum:* & quasi *vestis,* quæ comeditur à tinea. Quod
 si multi in tentationibus franguntur, id prouenit ex culpa liberi arbitrij,
 quia terrentur ob angustias fornacis; ob horrendam vim ipsius ignis; &
 spissi fumi importunitatem, quæ illos premit, affligit, & excecatur. Quod
 tamen ipsum cedit in maiorem Dei gloriam, & iustorum perfectè constan-
 tium vtilitatem. nã magnus Deus noster, ut Sapiens dixit: *o nō concupiscit mul-
 titudinem filiorum infidelium & inutiliū:* sed potius gloriatur de paucis perfe-
 ctis, ipsiq; fidelibus; quam de laxis, & infidelib. & plus gloriæ accedit illi ex
 paucorū strenuorum victoria; quã ex lapsu decedat multorū timidorū: *labi*
 enim ex nobis est, consistere verò, ac vincere ab ipso est. Est. n. insignis glo-
 ria pugnantis, quod p. *cadat* (ut dixit Dauid) *a latere eius sinistro mille, & decē
 millia a dextris eius;* ipse verò steter firmissimè & *conculcet Leonem & Draconem*
 tentatorem, qui tot alios suis pedibus conculcauerat: qui erectū se & stantē
 videns in medio tot lapsorū, diligenter attendit, quid sit facturus, ne sicut il-
 li corruat. Et hac ratione qui vasa erant *fictilia* ex seipsis, *aurea* sunt ex gratia,
 multoque amplius splendent in toto mundo, & ided dixit Apost. q. *oportet
 hereses esse, & schismata, & aliquos in fide & Charitate deficere, ut qui pro-
 bati sunt,* veri ac perfecti Christiani, quorum fides & amor similib. oppu-
 gnationib. nō mutatur, magis splēdeant, & *manifesti fiant;* & coram Deo &
 hominibus honorem habeant. Imò & Plutarchus, etiamsi Ethnicus, dixit:
 quod quemadmodum pulsamus testaceam amphoram, ut ex eo pulsu de-
 prehen-

Sine tenta-
 tione plures
 pereunt.

a Tob. 4. 19.
 S. Tho. 1. p. 9
 14. 4. 3.

o Eccl. 15. 22
 Pauci electi.

P Psal. 90. 7
 13.

q 1 Cor. 11. 19
 Paucorum
 maior glo-
 ria.
 Lib. de dis-
 crimine a-
 dulatoris &
 aratici.

prehendamus, fractane sit, an solida; vacua, an plena: ita tribulationum ac tentationum pulsus indicare, & manifestare, an, qui pulsatur, integer sit, & solida virtute sanus, & an vera sanctitate plenus; an contra fissus sit, & fractus, etiam si integer videretur, quia sonum edit impatientis, & virtutis vacui: Siquidem eam non habuit, vt resisteret pulsui, quo probatur. Cum autem tot sint, qui ineptum hunc sonum edant, valde iucundus & pretiosus est *perfectorum sonus*, qui sonant, sicut verè sunt, suamque perfectionem toto mundo manifestant.

Finem denique Dominus imponit sermone suo dicens: *non parcam ei*, Leuitathan, *etiamsi verbis potentibus & ad deprecandum compositis* mecum agatur, vt parcam. Quasi dixerit: ita res meas amo, vt oderim dæmones, & in peccato, sicut illi, obstinatos: quia non potest mihi placere malum, nec illud punire negligam. Quod si permitto dæmones contra alios homines præualere; non est, quod illos ego amem, aut eis faueam: quibus potius horrenda supplicia præparavi. Quare ex alieno malo cautiore euadite: nec me ad iram prouocetis, consentientes tentatoris suasionibus: alioquin eandem cum ijs penam experiemini. Quod si tamen ex vestra debilitate succumbetis, ne animam abiciatis: nam quod tentati fueritis, impellit me ad vestri commiserationem, & auxilium vobis ferendum: vt resurgentes ex lapsu victorem ipsum prosteratis. Hoc ipsum docuit nos idem Dominus, cum instituit iudicium cum serpente, qui Euam aggressus, eam prostravit: animam. n. ipsi Euæ addidit, vt rursus cum illo congregaretur, cum magna spe victoria; ipsi verò serpenti non pepercit, sed æternam maledixit, & minatus est: *inimicitias inter ipsum & mulierem, de qua nasciturum esset semen, quod ipsius Serpentis caput conteret*. Nam in virtute Christi D.N. qui ex Virgine natus est, etiam debiles, sicut mulieres, conterunt & calcant serpentum infernalium superbiam.

§. 1. *Causa cur alij eisdem tentationibus succumbant, & pereant, alij easdem proficient, ac saluentur.*

Cum igitur vera sint quæ diximus, operæ pretium erit causas adferre, ob quas ex parte hominum eueniat, vt eisdem tentationibus alij vincantur & pereant; alij verò eas vincant ac saluentur, iuxta Saluatoris sententiam loquentis de tribulationibus iudicium præcedentibus. a duo. inquit, erunt in agro: vnus assumetur, & vnus relinquetur. dua moles in mola: vna assumetur, & vna relinquetur. b duo erunt in lecto vno: vnus assumetur & alter relinquetur. per quæ tria personarum genera, vt aduertit Remigius, intelliguntur tres status, Matrimonii, Continentiæ, & Prælationis, significati per tres illos viros iustos Iob, Daniel, & Noë, vt supra indicauimus. Et quoniam in omnibus his statutis tentationes sunt, alij eas superabunt, quos Deus in cælum accipiet; alij succumbent, & in infernum descendunt. Cuius rei præclara in diuina

Tentatio
virtutem
præbat.

5.
Alieno la-
psu cautiore
sias & a pro-
prio resurgit.

Gen. 3. 14.

Dispar exitus.

a Matth. 24.
40.

b Luc. 17. 34.

Tres status.

Refert Ian-

enius in

huc locum.

scri-

Scriptura extant exempla: vt videre licet in duobus illis fratribus Cain & Abel, in Esau & Iacob, in duobus illis Regibus Saule & Dauid: & in Phariseo & Publicano, qui ascenderunt in templum orare, in duobus latronibus, qui fuerunt cum Christo crucifixi. Sed in omnibus plurimum eminet exemplum, quod primo Tomo retulimus, de venerabili Ruth, Orphaque eius socia in quibus depicta sunt horrenda Dei iudicia in hac materia. Quia vtraque in eadem ciuitate, & inter idololatrias nata fuit & educata: imò aliqui volunt (vt refert Abulensis) eas fuisse sorores, quòd colligunt ex verbis Noëmi dicentis ad illas: *cite in domum matris vestre*. nam cum vtrique loqueretur, & diceret *matris vestre*, & non *matrum*, indicauit eas vnã tantum habuisse matrem. Vtraque etiam nupsit duobus fratribus ex populo Israel, filijs Noëmi: Et vtraque eandem habuit *vocationem* à Deo, vt socrum suam Noëmi comitaretur, *legemque* ipsius, quæ vera erat, amplecteretur. Vtraque eandem *tentationes* est experta: quia amor patriæ, parentum, notorum, ac Deorum, quos coluerunt, vtramque retrahebant, ne comitarentur ipsam Noëmi: sed vtriusque euentus fuit planè contrarius: nam Orpha, quæ maior erat natu, victa fuit & repulsa: Ruth verò fuit victrix, & electa. Hæc exēpla refert Scriptura sacra, ne timidi excusent se, dicentes, se peccasse, eò quòd tentati fuerint: siquidem alij ipsorum socij similiter tentati, non ceciderunt: ac proinde præcipuam lapsus causam, non tentationem, sed ipsorum in resistendo *negligentiam* fuisse. Quod significauit Christus Dominus noster in parabola hominis sapientis, d *domum suam supra petram adificantis, & Stulti, adificantis super arenam*; nam cum vtraque à pluuijs, fluminibus, & ventis concuteretur: *sapientis* domus firma permansit, *stulti* verò corruit. Ex quo, vt Cassianus ait, satis apparet, domum aut conscientiam stulti non corruisse propterea, quòd à *tentationibus* esset concussa, quas *pluvia, flumina, & ventus* significant: cum sapientis domus eisdem concussa non corruerit. Causa igitur fuit, quòd *fundamenta* illius domus non essent firma: quia stultus fundauit super *arenam*, sciens propterea illi periculum imminere. Quare stulto intelligens, aut iustus peccatori nō interest, quòd alter tentetur, alter non tentetur: sed quòd sapiens etiam magnis tentationibus non vincatur, ex eo prouenit, quòd sit benè in virtutibus *fundatus*, stultus verò vincatur interdum etiam à leuibus tentationibus, ob eius *debile* fundamentum. Nam tentatio (ait Thomas de Kempis) non efficit hominem improbum; sed, qualis sit, ostendit: manifestat scilicet, quale sit vitæ fundamentum, quod hominum oculos latebat.

I.

Si igitur velis magis in particulari nosse horum fundamentorum diuersitatem, discurre per exempla illa superius insinuata, ac deprehendes, domum Cain corruisse ab *invidia* oppugnatam, quia eius fundamentum

erat

Ruth electa.

c Ruth. 1. 8.

Colligitur
ex eo, quòd
maiori nu-
bersisset.d Matth. 7
24.Col. 18. c. 13.
in med. 43
par. 5.Negligentia
non tenta-
tio facit
Labi.
Cassian. 5.

erat mane quoddam desiderium *honoris*, quo cupiebat à DEO affici, ostendendo, gratum sibi fuisse eius sacrificium: Abelis tamen domus firma permansit, quia eius fundamentum erat *pura* & simplex *intentio* DEO placendi, eique offerendi optimum & pretiosissimum quod habebat. *Esau* domus cecidit: quia innitebatur fundamento carneo & amori proprio; cui ut indulgeret, vendidit primogenituram: Iacob autem fratris eius domus firma permansit, eò quòd inniteretur *fiducia* in DEUM, ad quem in omnibus suis calamitibus per *orationem* confugiebat. Perijt domus & regnum *Saulis*: eò quòd proprio iudicio & voluntati tota inniteretur, contemnens & quasi conculcans obedientiam DEO debitam, prætextu & pallio quodam offerendi, ex proprio iudicio, eidem sacrificium; domus verò & regnum *Dauidis* firmum permansit: quia eius fundamentum erat *cor*, ipsius DEI cordi, eiusque voluntati valde *conforme*: quam certò statuerat in suis omnibus rebus adimplere. *Pharisæi* ædificium à ventis fuit dissipatum: eò quòd vanitatis vento inniteretur; *Publicani* verò domus stetit firma: quia eius fundamentum fuit vera humilitas & cognitio sui; *Fluctus* dolorum & tribulationum nò potuerunt deicere domum boni latronis in cruce: quia illam fundavit in cognitione suorum peccatorum, & quòd esset dignus tali supplicio, at alteram *impu latronis* domum funditus subuerterunt: eò quòd in obstinata sua voluntate pertinax constiterit. Et ut ad historiam nostram euentum veniamus, eadem tentationes domum *Ruth*, & *Orphæ* oppugnarunt, ut prædictum est; sed *Orphæ* domus corruit, eò quòd inordinato affectui ad suam patriam patriosque DEOS, & leui cuiusdam voluntati, in specie tantum *Socrui* suæ placendi eam comitando, inniteretur, sed *Ruth* domus firma & illa permansit: eò quòd illam fundasset super firmum quoddam propositum, comitandi ipsam *Noëmi* vsque ad ipsius patriam, eumque pro DEO suo accipiendi, quem illa colebat, & adorabat. Et cum utraque in *mola* esset infidelitatis, rotaque peccatorum verteretur, quam idololatria agitabat: altera fuit electa, ut esset *Vas misericordie*, in qua Deus fidem, diuinamque suam gratiam deposuit; ipsa etiam ad gratiæ acceptionem cooperante, altera fuit in sua miseria relicta, tanquam *vas ira*, à Deo propter culpam & resistantiam suam reprobatum.

Ex his, iuxta allata exempla, colligere licet, quasi omnia media non succumbendi tentationibus, ad hoc vnum reduci: ne conscientiam domus super mobilem *arenam* construatur, ne scilicet debili suæ *natura* innitatur, aut propriis tantum *viribus*, aut proprio *iudicio*, & studio cui ad res *terrenas* affectio milceatur: sed euellatur ex corde omnis inordinata affectio ad res perituras, siue *delicta* siue siue *honores*, aut *dimitia*, aut *personæ* etiam coniunctissimæ: fundetur verò super firmam bonitatis, &

Cai ninu-
tia.

Esau gula.

Saul inobo-
dientia.Pharisæi
fastu.Latro obsti-
natio.Orpha in-
constantia
perijt.

2.

Tom. 2.

T

omni-

Exue te in
due Domini.

e. l. Co. 4. 7.

Non ego. sed
gratia Dei
mecum.
Ose. 13. 9.

omnipotentia Dei fiduciam; & super merita, exempla, & verba viuz pe-
trae, quae est Christus Dominus: iuxta consilium & iudicium suorum supe-
riorum, & spiritualium Patrum; & super veram cordis humilitatem, cum
continuo recurfu in oratione ad misericordiarum Patrem: à quo nostrarum
miseriarum reparatio, & perseverantia in bono, quod ipse in te inchoavit,
dependet. certo tibi persuadens, discrimen successuum praedictorum non ex
solo libero arbitrio provenire, quemadmodum monet Apostolus, dicens: e-
quis te discernit: ab alijs scilicet. quid autem habes, quod non accepisti? si autem
accepisti, quid gloriaris, quasi non acceperis. quasi hoc dixerit: si alijs sunt infide-
les, & tu Christianus; si alijs peccatores, tu verò iustus; si alijs tanquam tepi-
di tentationibus succumbunt, tu verò ferme eas vincis: intellige hanc dif-
ferentiam non ex tua sola voluntate, & fortitudine provenire; sed praecipue
ex divina gratia, imbecillitatem tuam praeveniente, & adiuvante: sine qua
gratia aequae es infidelis, & improbus, & à tentationibus vinceres, sicut
alijs. Sed cum eius virtute facis, quidquid te ab alijs peccatoribus discernit.
Quibus tamen, si ipsi voluissent, non defuisset sufficiens gratia ad bene o-
perandum, & vincendum. nam perditio tua est ex te, ait Dominus, tantummodo in
me auxilium tuum. Culpa tua voluntatis relinqueris in mola; desereris in lecto,
aut in campo: sed si ex illis locis assumeris cum victoria in caelum; non tua
soli voluntati, sed gratia Dei gloriam debes: per quam tua voluntas potuit,
& voluit ita strenue pugnare, ut coronam consequeretur.

C A P V T I V.

ARMA ADVERSUS TENTATIONES PRAE-
paranda: & lux prudentiae occultas
agnoscendas.

a Eccl. 2. 1.



Is, qui Deo servire incipiunt, & cupiunt non vin-
ci à damone, suadet Sapiens, ut a praeparant animas
suas ad temptationem, necessarijs ad id remedijs, & ar-
mis te munientes; quibus seipsos defendere, hostes
verò offendere possint. Quemadmodum enim Israe-
lita aggressi quidem sunt expugnationem Hiericho

b Ios. 6. 8. 17.

cum b Sacerdotibus buccinas iubilaei portantibus, & cum arca testamenti,
omnes tamen preparati incedebant, variisque armis, bene instructi;

ad

ad pugnandum contra hostes, eosque vastandos: ita etiam ad spirituales pugnas munire te debes sanctissimis *Sacramentis*. Confessionis, & Communionis: de quorum virtute & efficacitate iam alias est dictum. Simul etiam aliis armis spiritualibus te merito munies, iis præcipue, quæ tuæ necessitati, conditioni, & statui magis erunt *accommodata*. eum in modum, quo David proditurus ad pugnandum cum Gigante Goliath, reiecit *arma Saulis*: tulit *verò baculum suum, & fundam*: & sic processit aduersus Philistæum: Quia illorum vsus non habebat: *hec* verò erant illi *familiaria*. Quare si procedendum tibi est contra Satanam, ne armis illis te munito, quæ vanitatem, propriamq; *fiduciam* sapiant, aut à tua professione *degenerent*: sed arma *DEI* accipe, quæ sua manu tibi offert; & arma *Christi Domini*, qui in *baculo crucis* Principem huius mundi teterrimum deuicit fortissimeque profli-gauit.

His, inquam, armis tempestiue te munies, iuxta consilium Apostoli dicentis: *d induite vos armaturam Dei, ut possitis stare aduersus insidias Diaboli. Quoniam non est nobis colluctatio aduersus carnem & sanguinem, sed aduersus Principes, & potestates tenebrarum harum, & contra spiritalia nequicia. Propterea accipite tempestiue armaturam DEI, ut possitis resistere in die malo, id est, tentationis, & in omnibus perfecti stare.* Nullus enim prudens miles, si uerferur in campo, aut sit in præsidio, præparationem suam differt ad horam illam, qua conclamatur ad arma: sed multò ante se præparat: ne hostis imparatum inueniat. Quemadmodum idem David, antequam in Gigantis conspectum veniret: *e elegit sibi quinque limpidissimos lapides de torrente, & misit eos in peram pastoralem, quam habebat secum; & fundam in manu tulit: & sic processit aduersum Philistæum: & obtinuit victoriam.* Cum igitur certum sit & exploratum, quodd hostis te sit aggressurus, & oporteat te cum fero hoc Gigante congredi: magnæ prudentiæ erit, arma necessaria defensiva, & offensiva, in tempore præparare, lapidesque colligere, quos iacias in aduenientem. Alioquin si eius aduentum expectes, dum huc illucque ad eos quærendos te vertes præualebit hostis; & victoriam amittes, quam facillè obtinuisses præparatus. Quare Sapiens dixit: *Tempus esse spargendi lapides, & tempus colligendi.* qua sententia nos monet: tempus tentationis aptum non esse ad lapides colligendos; sed ad proijciendos collectos. Quod si cupias scire, quænam ista sint arma, & qui lapides illi *quinque* aduersus tentationes colligendi: dico esse quinque præcipuas res nostra fidei, de quibus dixit Apostolus: *g in Ecclesia volo quinque verba sensu meo loqui. Quæ ut Sanct. Thomas explicat, sunt credenda, agenda, vitanda, timenda, & speranda.* CREDENDA enim sunt mysteria omnia, quæ *DEVS* reuelauit. AGENDA sunt omnia opera, quæ

Præparatio per sacramenta & media accommodata.

c. r. Reg. 17. 38.

Arma dei apprehende.

d Eph. 6. 11.

Præparatio ante pugnam fiat.

c. r. Reg. 17. 40.

Eccl. 3. 5.

Quinque præcipua fidei.

g. 1. Co. 14. 19.

Leet. 4. in eum locum.

Credenda.
Agenda.
Vitanda.
Tuenda.
Superanda.

Iacula de-
monis.

Arma
Christi.

ille iubet, consulit; VITANDA sunt omnia peccata magna & parua, quae prohibet; TIMENDA sunt supplicia: quae minatur; SPERANDA sunt praemia gloriae, & bona gratiae quae promittit: omni possibili conatu adhibito ad ea consequenda, per viam & rationem ab ipsa praescriptam. Haec quinque res sunt omnium supernaturalium veritatum summa, omnium virtutum fundamentum, argumentum meditationum, & arma DEI contra omnes tentationes. Sunt arma fortissima defensiva & offensiva, quae lorica cuiusdam instar, & solidissimi ex chalybe scuti à capite vsque ad pedes hominem contegunt; & ab omnibus sagittis, globis, & ictibus, daemonum defendunt. Quorum prima iacula ad haec arma confringenda, & conterenda diriguntur, vt eis munitum perdant: persuadendo tibi, ne credas firmiter aliquid eorum, quae DEVS dicit: aut, perfecte obedias ijs, quae ille praescribit, aut, ne cum celeritate fugias, quod ille prohibet; aut illius minas, & promissa non tanti facias. Verum omnibus eius tentationibus strenue omnino est resistendum: & ex eisdem veritatibus arma conficienda & contra hostem praeparanda, & in eum tanquam hastae aut limpidissimi lapides proijcendi ad eius caput conterendum, & humiliandum superbiam. Quod si tantum tibi sit animi, acin DEVM fiduciae, sicut fuit Dauidi, vel vnicus lapis satis erit, vt ferum Gigantem prosteras. Aliquando te ipsum defendere, illum vero offendere debes virtute fidei; heroicis eius actus circa veritates, quas docet, exercendo: quia DEVS id dicit, & nec decipi potest, nec te vult ipse decipere: eò quòd ipse sit summa veritas; daemone vero mendacij pater. Aliquando te ipsum defendes, & illum confundes feruentibus obedientia actibus: quia scilicet DEVS ita iubet, aut prohibet: & hoc tibi sufficit. cum non sit aequum, daemone hosti tuo plus tribuere, quam DEO Patri benefacti tuo infinito. Interdum denique actus edes timoris: ne te puniat, minasque suas in te exequatur: aut spei actus, vt eius promissis gaudere possis. & hanc eandem virtutem actu ipso feruenter exercebis circa auxilia, quae ipse promittit, ad vincendas tentationes, quibus te hostis oppugnat.

§. 1. Hae arma in Sacra Scriptura inueniri.

ARMAMENTARIUM, & torrens, ex quibus praedicta arma & lapides accipiuntur, est ipsa Sacra Scriptura: praecipue vero doctrina & lex Evangelica: in qua res à DEO reuelata, & praescripta cum minis & praemissionibus, sunt magis expressae: & quoniam est lex gratiae, eam largitur et Sacramenta, quae iubet accipi; infundens per ea supernaturales virtutes.

S. Scriptura.

ita, & speculata auxilia ac subsidia aduersus tentationes, licet ex his, quae diximus, constat. Sed quoniam non omnes nouerunt, aut possunt arma eligere, sibi que applicare: habet aliud quoddam uiuum armamentarium, Doctores scilicet, *Concionatores*, & *Confessarios*; in quorum mentibus eadem veritates tanquam in deposito custodiuntur; & de quorum ore eas accipimus, & per quos ipse DEVS ea loquitur, nobis que attribuit, sicut ad nostra studia, & intentiones opus est. Ex quo intelligitur, cur Ecclesiae a *collum Dauidis turri* comparetur, *adificata cum propugnaculis*, ad suam defensionem, *ex qua plurimi clypei pendent*, & *omnis armatura sortium* pro strenuis militibus. Quid verò aliud, ait S. Gregorius, *collum* significat Ecclesiae, nisi DEI verba quae per suos Prophetas, Apostolos, & Euangelistas profert: quae sunt in ipsa SCRIPTURA SACRA, & haec est instar *turris* & arcis ad suam defensionem omnibus medijs ornata, quae ad strenuè cum hostibus nostris pugnandum, omneque genus tentationum superandum, sunt *possibilia*. In ea enim proponuntur illustria Sanctorum *exempla*, pugnae ab ipsis deuictae, & arma, quibus pugnarunt. Ibi sunt *praecepta*, omniumque virtutum consilia, remedia contra omnia vitia, documenta ad superandas tentationes, praemia vincentium, & victorum supplicia: denique omnes *veritates* à DEO reuelatae, & ab ipso prolata verba, tanquam *mille clypei* sunt pro defensione: *mille* dicuntur, ob multitudinem & perfectionem; *clypei* verò: quia nos muniunt contra sagittas & globos inimici: quae *tela nequissimi*, quamuis *ignea* sint ut ait Apostolus, *extinguuntur* tamen, vimque suam amittunt, cum primum clypeos ipsos fidei, haec verba certissime credentis attingunt: modò cū perfecta & integra *obedientia* illos nostrae *sinistrae* aptemus: perfecta verò *Charitate cordis* nostro applicemus, proferentes ea spiritu ipsius Domini, qui ea est locutus. Ex hac turri edixit Christus Dominus noster sententias illas, quibus tria illa *tentatoris* tela in deserto retudit, & in ipsum retortit. Et ex hoc clarissimo sacrarum Scripturarum torrente elegit verus noster Dauid tres illos limpi dissimos lapides, quos in ferum hunc Gigantem proiecit; victumque & cum pudore ex praesentia sua fugere coegit. Docens nos hoc suo exemplo, ut S. Augustinus ait, ex hac arce, & torrente hoc veritates & remedia accipere, quibus omnes nostrae tentationes sint superanda. Hac enim praeparatione nimium succumbendi metum exuimus, iuxta illud Dauidis: *desentio circumdabit te veritas eius: non timebis a timore nocturno, a sagitta volante in die, a negotio perambulante, in tenebris ab incurso, & a demonio meritorio*. quod est dicere: Dei protectio, eiusque veritas & verbum ex omni parte circumdabit, ut eius virtute praualere possis contra omne genus tentationam, aperte & in *meridie* te aggredientium; & contra eas, quae occultè & quasi laruate inuadunt, instar hostium *nocte* & retrò aggre-

Doctores.

a Cant. 4. 4.

Hom. 15. in Ezech.

Verba Dei arma nostra sunt.

b Ephes. 6. 16.

c Mat. 4. 4.

Lib. 4. de Trin. c. 13. S. Thom. 3. p. 2. q. 41. a. 1. d. Psal. 90. 5

diēntium: siue repentinæ sint, citoq; transeuntes, tanquam *timores nocturni* & *sagittæ* velociter per aëra volantes; siue graues ac diuturnæ, & tanquam *negotia*, quæ animò deliberato & cum mora aguntur: Ac deniq; illas, quæ funduntur in corporis & spiritus calamitatibus, quæ per *noctē* signifi cantur aut contrà oriuntur ex corporis vel spiritus prosperitatibus; aut ex colore & pallio virtutū, quæ per *lucem meridianam* indicantur. Aduersus has omnes tentationes muninuatæ protegunt nos veritates, & verba Dei, quæ à capite ad pedes tanquam clypeus nos contegunt. Illa nobis Satanæ astus aperiuunt, & noctis tenebras expellunt, eiusq; falsorum dierum fraudes retegunt, ac docent: quomodo siue in prosperis, siue in aduersis, & in omnibus cōficiētib; ex eis prouenientibus, nos gerere debeamus: Idq; aliquando (vt S. Bernardus ait) propositis veritatibus rerum sublimium, & *caelestium*: quæ insinuantur per superiorem partem *ceteræ* (quæ genus quoddam est clypei latioris) aliquando verò veritatibus rerum asperarum ac *terribilium*, quæ per inferiorē eiuſdem partē angustiorē & acuminatā significatur. Modò enim retrahūt nos præmiorum *spe*, modò *timore* suppliciorū: nūc detegentes *virtutum* pulchritudinē, & beneficiorū diuinorū, eorumq; authoris magnitudinē: nunc *uiciorū* sceditatē: eorumq; corruptas radices, & peiores affectus.

SED latet magnum mysterium in eo, quod perpendit S. Gregorius de hac turri, indicans discrimen satis notum inter muros, & vallum; clypeos & reliqua arma: vallum enim & muri *immobiles* sunt, & in eadem partē semper fixi: & inde sunt ciuitatis & ciuium ipsorum defensio, & propugnaculum: clypeum verò & reliqua arma quisque sibi accommodat, & ab vno loco in alterum, vbi opus est, ad pugnandum *portantur*. Hunc ergò in modum inter ea quæ Scriptura sacra refert de mysterijs diuinis, & exemplaribus Christi D. N. eiusque Apostolorum, & aliorum Sanctorum vitis, sunt quædam *prodigiosa*: & hæc sunt tanquam *muri*, quos accipere non possumus, vt in nostrum vsum applicemus: quia nec possibile nobis erit miracula edere; nec tutum est id desiderare. Et nihilominus eadem nos defendūt, plurimumq; adiuuant in tentationibus, confirmando *Fidem*, fouendo *Spem*, & *Charitatē* inflammando viuīs desiderijs placendi Deo, qui talia & tanta potest. At *virtutes*, egregiaq; facinora, & consilia perfectionis, sunt tanquam reliqua arma, quæ pōssumus ac meritò debemus nobis ipsis accommodare: & quocunq; eundem, & quidquid agendum sit nobiscum semper accipere ad nos contra hostes defendendos: d *induentes lorice* iustitiæ: *sumentes scutum fidei*, salutis & spei *galeam*, & *gladium* castitatis accingentes, omniumque virtutum exercitatione nos munientes: vt omnibus carnis nostræ passionibus, & superbiæ vitæ inflationibus bellum inferamus.

VT verò adhuc magis distinctè, & in particulari prædictorum praxim

peript-

Ser. 408
in psal. 141
habitas.

Hom. 15, in
Ezech,

Miracula
sunt muri.

Clypeus sunt
virtutes.

d Eph. 6. 114.

pericipias, audi præclarissima Spiritus sancti in Sacra scriptura documenta, per os præcipue Ecclesiastici: qui postquam nos hortatus esset, ut animam nostram ad tentationem præparemus, subiungit: *e deprime cor tuum. & sustine: f humilibus enim d. gratiam & fortitudinem: aufert verò illam, resistitque superbis: & si non venerit tibi pes superbia: manus peccatoris & superbi te aggredientis non mouebit te, neque deiciet. Inclina aurem tuam, ut audias & impleas, quod iubet, & inspirat Deus. nam h vir obediens loquetur victoriam: i Seruat morem DEI, & in illo veterasce: k voluntatem enim iumentum se faciet; & deprecationem eorum exaudiet: & saluos faciet eos l. Ne festines in tempore obductionis & tentationis, nec properes nimium ut ab ea expediaris. Qui enim nimium properat, citius impingit, sustine sustentiones & moras DEI, licet tibi longæ videantur, opportunè enim aderit: coniungere DEO, per amoris vnitatem: vnitus enim Omnipotenti, omnia poteris: id enim voluit Iob, cum dixit: in pone me Domine iuxta te, & cuiusuis manus pugnet contra me: n Omne quod tibi applicitum fuerit, & à Deo missum. accipe: & in dolore sustine, & in humilitate, siue humiliatione tua patientiam habe. Quoniam in igne probatur aurum, & argètum homines: verò in cælum receptibiles in camino humiliationis Crede DEO & ipse auxiliabitur tibi. Quod si in tentatione iacturam aliquam feceris, ipse recuperabit te. o Respice nationes hominum: & scio, quia nullus sperauit in Domino, & confusus est. Quis enim permansit in mandatis eius, & derelictus est: aut quis inuocauit eum, & despexit illum: ipse enim pollicetur: p Quoniam in me sperauit, liberabo eum: protegam eum quoniam cognouit nomen meum. Clamabit ad me, & ego exaudiam eum: cum ipso sum in tribulatione: eripiam eum, & glorificabo eum: & q ipse honorificabit me, tribuens mihi suam victoriam.*

§. II. Præparatio contra occultas tentationes.

SEd quoniam non est satis, remedia nosse Tentationum: itisi, cum veniunt occulte, lux adsit, ad eas agnoscendas: necessaria est alia præparatio à Salomone insinuata illis verbis: *a f sinistra iacitur rete ante oculos pennatorum.* qua tententia significat Sapiens: nulla esse mediâ ad euadenda tentationum retia, magis efficacia, quam oculos habere acutos ad eas agnoscendas: & alas ad volandum, & celeriter ab eis fugiendum. Et quemadmodum parum valerent alæ sine oculis: ita oculi non sufficient, nisi adsint etiam alæ. At non corporis oculi sunt hic necessarij; sed Spiritus à fide, cælestique lumine; à prudentia, & sapientia Spiritus sancti illustrati: sicut nec alæ debent esse corporales, sed spirituales cum neruis & pennis virtutum, & seruentium, valdeque firmorum affectuum: quemadmodum de Sanctis quatuor animalibus dicitur, quod essent *b plena oculus ante & retro, & c alas haberent, quibus animalia ibant & reuertebantur in simi-*

Humilitas.

e Eccl. 2. 2.

f Iac. 4. 6.

g Psal. 35. 12.

h Prou. 25.

28.

i Eccl. 2. 6.

k Psal. 147.

19.

l Eccl. 2. 2.

Longanimitas.

m Iob. 17. 3.

n Eccl. 2. 4.

Fiducia.

o Eccl. 2. 11.

p Psal. 90. 14.

q Psal. 49. 15.

a Prou. 1. 17.

b Apoc. 4. 6.

c Oculos & alas habent Iusti.

b Apoc. 4. 6.

c.

ludi-

c Ezech. 6
14.

Demonis
fraudes.
d i. Cor. 11.
14.

c Habac. 1.
10.

Lib. 31. Mor.
c. 22.
f Job. 41. 4.

Reuelatio
necessaria.

S. Greg. li. 32
Mor. c. 17.
Vista mē-
tiuntur vir-
tutes.

g Job. 40. 13.
Lib. 32. Mor.
cap. 7.
scilicet
tentationes

litudinem fulguris coruscantis. Ad significandum quod Sancti habent celestem lucem, ad perspiciendum congressus hostium, *exente* agredientium, & proditoriē *retro* inuadentium; ac denique eorum, qui *intra* cor ipsum, proprijs scilicet ipsorum propensionibus eos inuadunt: à quibus omnibus vt se defendant, *alas* habent: quibus aut ipsos hostes *oppugnare*, aut eosdem *fugere* possint: prout ad eosdem vincendos opus erit. Sed quid quando ipse d *Satanas transfigurat se in Angelum lucis*, vt suas occultet tentationes: id intendens, vt homines (sicut dixit Habacuc Propheta) *se sacrificem rei suae*, credentes, tentationem, quæ verè est à malo spiritu, boni esse inspirationem; vitium esse virtutem; & passionem deprauatam, esse rationem. Quamuis enim valde impios, vt ait S. Gregorius, *aperte* aggrediatur eos impellens ad iniquitatem ipsis placentem: at cum iustis, valdeque feruentibus faciem suam obtegit, *vocemque* mutat, ne agnoscat? & Deus dixit S. Job: *f quis reuelabit faciem indumenti Leviathan; & in medium oris eius quis intrabit*; vt quid ibi cudatur deprehendat? voluit enim dicere: ego solus reuelare possum, & manifestare eius astutias, & laruam deponere, qua propriam faciem regit, ne agnoscat? Ego solus possum eius os ingredi, & verborum eius artificium, eloquentiam, & stratagemata, quibus ad homines decipiendos vitur, cognoscere. Neq; vacat mysterio, quod scriptura sacra verbo *reuelandi* hoc loco sit vsa. Docet enim nos: absque *reuelatione*, instinctu aut illustratione celesti non posse astus, & implicatas eius nequicias in particulari agnosci: quamuis vniuersi sciamus, draconem *septem* capitum peculiariter habere vela, aut pallia: quibus septem capitalium vitiorum facies tegat. Gula & auaritia faciem suam velo *necessitatis* tegunt: vt fami satisficiant, & consulant paupertati; Acedia velat sese pallio *defatigationis*: vt necessarium leuamen assumat; Superbia & Ambitio pro larua vtuntur *gloria* & honore DEI, & commoditate ipsarum dignitatum, & officiorum insignium, quæ ambiunt; Ira & inuidia, velo euitandi proprium *damnum*, aut aliorum auertendi se contegunt: Libido quantumuis aliàs sit impudens, non tamen illi deest velum, quo carnalem amorem *spiritualis amoris* speciei tegat. In his velis & integumentis fundat draco suas astutias, rationem, eloquentiam, & persuasiones: quas aliquibus Sacrae scripturae sententijs male intellectis aut fictis reuelationibus confirmare nititur: procurando, vt valde illæ arrideant, tanquam musica vocum valde concordium. Quamobrem loquens Deus de *Behemoth*, ait: *g ossa eius*, quæ carnibus & pelle sunt tecta, esse *velut fistulas aris*. Significans, (vt S. Gregorius explicat) vehementissimas Dæmonis tentationes esse illas, quæ *latent*, & non agnoscentur: quæ, dum tanquam fistula *aures* delectant, *cor* fraudibus ac deceptionibus peruertunt. Si aduertat, te, ad cupiditatem refræandam, *contentum*

esse

esse ijs, quæ habes: fistulam suam inflat, suggerendo, cur ita te ipsum negligis, & quæ adhuc sunt futura: cum nescias, quid tibi sit euenturum, attende, vt ex nunc præpares, quod alias postea deficiet. An non & terrena potest actio peragi, & tamen in actione culpa declinari: quatenus & exteriora stipendia præbeat, & tamen internam rectitudinem non inflectat? quod si te aduertat, velle rebus omnibus *renunciare*: vt nudus sequaris Christum, suã adhuc fistulam dulcius sonat: vnde hæc temeritatis tantæ surrexit audacia, vt credere audeas, quod, omnia relinquendo, subsistas: an non pleriq; & terrena patrimonialia nequaquam deserunt, & tamen ex his per misericordiam opera supernæ sortis bona æterna mercantur? Si cupias, tuos *proximos* adiuuare, habesq; ad id talentum: fistulam suam musicam sonans, suggerit auribus: quid te ad aliena curanda dilatas? vtinam tuis considerandis sufficias. An non perpendis: quia cum ad aliena extenderis, erga ea curanda, quæ tua sunt, minor inueniris? quid ergo tibi prodest, ad alios te dilatare; si periculum imminet tibi nocendi? his & similibus alijs rationibus fraudes suas texit draco: quæ si locum in corde inueniãt, difficile valdè remedium admittunt. Quis enim dæmoni resistat, quem Angelum esse iudicat? aut, quis vitio remedium adferre studebit: quod putat esse virtutem? nec sine causa (addit idem Sanctus) Deus D.N. addidit: *cartilagine Behemoth esse quasi laminas ferreas*, in quibus nec hastæ ferrum: nec sagittæ ictus aliquod vestigium imprimunt: quia vitia, quæ videntur esse virtutes; & per *cartilagine* significantur, quæ videntur esse ossa, sed reuera non sunt: quando animæ possessione accipiunt, tanquam *ferrum* illam *indurãt*: ne eius ictus aut pulsus sentiat, qui cupit illi mederi: quia nec ægrotare se nouit, nec deceptam; sed potius præmium sperat ex eo, quod pœnam & supplicium promeretur.

SE D hoc ipsum, quod homines adeo difficile cognoscere, remedium adferre possunt, est facillimum cū auxilio Dei, qui cælesti lumen suamque sapientiam tribuit *humilibus*, eam cū fiducia petentibus: & ex parte sua adiuuant sese lectione, & studio *librorum* sacrorum, & piorum: qui vt sunt quoddam Ecclesiæ *armamentarium*; ita sunt *fontes* luminis cõtra hæc fraudes, quarum ingentem notitiã adferunt. Idem quoq; humiles, *Magistros* & Confessarios peritos consulunt, quos Christus Dominus *huc mundi appellat*: & S. Apostolus ait, eos *cognoscere astutias satanæ*, de quibus monent fideles vt caueant: ac propterea *oculi* diuini sponsi dicuntur esse *sicut columbe super riuulos aquarum, que lacte sunt lotæ, & resident iuxta fluentia plenissima* in quibus (vt S. Gregorius aduertit) & seipsas lauant, & umbras vident rapacium auium per aëra volantium: quas dum ex umbris agnoscunt, auolant, & sic earum vngues effugiunt. Sed qui sunt ipsi sponsi oculi, nisi viri spirituales, qui lumen habet ad cognoscenda pericula & remedia præuenienda,

cc
cc
1.
cc
cc
2.
cc
cc
cc
3.
cc
cc

Vitia animam inducunt.

Humilitas libri p̄j.

h Mat. 24.
i 2. Cor. 1.
13.

h Cant. 5. 12
Magistri spirituales.

hi sunt, quasi colubæ habentes oculos simplices; & expeditas alas ad fugiendum. Semper resident iuxta fluentia plenissima aquarum crystallinarum, *Sacrarum scripturarum*, & piorum aliorum librorum; qui rivulorum instar ex eis fluunt. Et continuo sacræ lectionis & meditationis exercitio replentur lacte candido, & puro dulcis eius doctrina: qua seipsas lavant, ac purificant ex rebus autem, quas in eis legunt, tanquam ex *umbra* hostem, eiusq; fraudes agnoscunt: & statim *alio* iuis eos fugientes, ad tutum suorum *idororum* locum sese recipiunt. Et eodem modo reliquos monet; & instruunt, quemadmodum Elifæus Propheta indicabat Hebræis *k Syrorum insidias*, ne eorum manus inciderent.

k 4. Reg. 6.
9.

CAPVT V.

TENTATIONES INTERNÆ EX PARTE IMAGINATIONIS, & sensualitatis, eiusq; propensionum: & ratio eas vincendi.



VIA non satis est, in genere tantum nosse insidias & tentationes hostis nostri, armaq; ad eas vincendas: operæ pretium erit in particulari nunc agere de grauioribus, magisq; vilitatis, ac de ratione & vsu armorum contra illas. Quare præmittendū est duo esse genera tentationum: internarum scilicet, & externarum. *Prima* cuatur in corde, & in potentijs imaginationis, & appetitus sensitiui. In *imaginatione* ebullit fœdè imagines, & prauæ cogitationes: in *appetitu sensitiuo* prauus affectus, quos *passiones* appellamus, in quib. quatuor sunt precipue, quemadmodum enim corpus habet quatuor humores, ex quorum inordinatione oriuntur morbi, ita (ait Richardus) habet *animus quatuor affectus*, scilicet *amor*, & *odii*, *gaudij*, & *tristitiæ*, aut desiderij, & timoris: ex quorum inordinatione procedunt morbi spirituales. istos affectus, ait S. Bernar. esse quasi quatuor *rotas* currus ipsius cordis; & quasi quatuor *effrænes equos*: qui nisi aliquo frænentur; & sicut oportet, gubernentur, illud præcipitant. *Externæ* tentationes sunt *personæ*, aut res aliæ *terrena*, quæ materia sunt, & esca imaginationum, & passionum: nosq; impellunt, ad optandū quod in illis est inordinatum, aut propter *elegantiā*, quam præferunt; aut propter *bonū*, quod nobis adferunt, aut pollicentur, aut propter *damnum*, quod nobis inferunt, aut minantur. Vtræq; tentiones solent simul nos oppugnare: quemadmodum Apost. de seipso fatetur: *a foris*, inquit, *pugna*, *intus timores*: & Oseas dixit, loquens de Sarmaria: *for ingressus est spolias, & latrunculus foris*: interni scilicet & externi hostes illam spoliarunt: quia *passiones*, & res, quib. illa fruuntur, cor nostrum, & virtutes: quæ sunt in anima nostra, deprædantur. Et omnes illas adhibet, eisq; virtutibus damno, vt crudele bellum nobis inferat. Nã: (vt S. Diodoc. perperdit) quando aliquis bellum gerit contra alium, quæ capere non potest, accedit tamē quantum licet

Tentatio duplex.
S. Thom. 1. 2
q. 23. a. 1.
Interna passionum.
De statu hominis interioris. c. 34.
Ser. 35. Part. uorum.

Externa obiecta.

a 2. Cor. 7.
b Osea 7. 1

Lib. de per. s. et. p. 1. 11. ob.

licet

licet, & iacit in eum sagittas, vel lapides: vt vulneret & interimat. quod si, aut nō possit, aut non audeat valde propè accedere: omnib. viribus cōtendit, vt vel ex remotiori loco illos proiciat, vt nos deiciat & posternat. Et Dux, qui non potest ipsā ingredi ciuitatē quā oppugnat: conatur tamen suburbia occupare, ex quibus ciuitatis muros quatit, partē aliquam eorum aperiat, per quā ingressus, ciuitatē deprædetur. Hunc in modū dæmon, qui nō potest immediatē pertingere ad nostrū *spiritū*, nec illum pro voto suo capere (sine nostro enim consensu nihil nobis potest nocere) studet, quam proximē possit, & illi permittitur, accedere, & suburbia occupare, *potentias* scilicet, & interiores carnis appetitus, ex quo loco iaculatur sagittas, & horrendos proijcit tentationū lapides, quōd *spiritū ipsū* expugnet. Nā, vt S. Thom. ait, Dæmon, nisi Deus eius potestate alliget, sufficiens est ad nostrā phantasiā permouendā, & corporis humores ita commouendos: vt ipsi appetitus magno impetu suas proferat passiones. Et has tentationes appellat Dauid; *emissiones per Angelos malos*. quē admodū S. Ioan. ait, quod d. *diabolus misisset in cor, vt traderet Christū Iudas Iscariota*. Sed quoniā non semper ei licet tā propè accedere, conatur vel ex remotiori loco sagittas & lapides suos iacere, *externa* proponēdo; quib. ad inordinatos affectus pro voto suo nos prouocet. Et hoc modo tantū Christū D. N. in deserto tentauit: cuius tentatio vtrai S. Gregor.) foris fuit, nō intus. Eodē quoq; modo serpens primos nostros parentes in paradiso est aggressus, ostendens eis *pulchritudinem* fructus, & falsas adferēs rationes, ad eos inducēdos, vt fructū illū gustarent. In illo. n. Innocentiæ statu nō fuissent ortæ interiores tētationes, nisi spiritus externis dedisset locū; & propter libertatē arbitrij contra suum Creatorem rebellasset. At post illud Originis peccatū, aliquando incipit dæmon ab internis, aliquādo ad externis: varijs quidem modis, vt paulatim explicabitur.

§. I. *Præuæ cogitationes.*

FREQUENTISSIMVS tentationum modus incipit ab imaginibus & cogitationibus nostræ Phantasiæ, quam hostis noster dæmon cōmouet, imaginibus per sensuum portas intrantibus, aut renouata rerum præteritarum memoria, aut figuris intra ipsam manentibus agitatis, ad nouas alias picturas excitandas. His omnibus *sensualitatem* sollicitat, vt praua desideria, & affectus suos proferat: & hæc irritat *voluntatem*, vt sibi annuat: & consentiat, & tunc interior culpa cuditur, & inde mala *verba* & *opera* exteriora prodeunt. Itaque quemadmodum serpens, Eua & Adamus simul conuenerunt ad Originis peccatum consummandum, quod omnibus hominibus est commune. (*Serpens* enim tentauit, *Eua* prouocauit Adamum, & *ille* denique acqueuit: sine cuius consensu non fuisset tale peccatum in mundo) ita, ait S. Augustinus, ad actuale cuiusque peccatum tres

p. q. 111. 3
2. 1. 2. 7
30. 4. 2.

c. Pf. 77. 49.
1. Ioan. 13. 2.

Hom. 36. in
Eua. S. Tho.
1. 1. 9. 4. 2. 1
1. 1. 3. 2. 2.
1. 16. 3. 1.
ad 2.

Scala peccatorum.

Lib. 12. de
Trin. c. 12.
Ser. 35. par
uorum.

a Prou. 1. 19

b Exod. 5. 7.

Ser. 34. par
uorum.

Peccator
vim patitur.

c 2. Reg. 14.

26.

d 2. 18. 9.

Gradus pec
catorum.

I.
Imaginatio.

2.
Seruitus
peccati.

c. Matt. 6. 21

3.
Concupis
centia

fi. Ioan. 2.

19.

4.
10 Vicia.

concurrit *Dæmon*, *Caro*, & *Spiritus*. Et omnes hi tres, ait S. Bernardus ha-
bent cōmune a *marfupium*, ipsum scilicet cor: in quo suum quisq; nummum
deponit. *Dæmō* imaginationem, mouēs, malā suggerit *cogitationem*; *caro* cum
sensualitate prauum ponit *affectum*; *Spiritus* libera sua voluntate præbet cō-
sensum: in quo consistit peccatum interius, quod est radix externorū: omnia
tamen alit, fouetq; cogitatio. Eum in modum quo b *Pharao paleas dabit*
Hebrais, & *ipsi lutum preparabant*, & *lateres conficiebant*: paleis verò etiam for-
nacem accendebant, in qua lateres coquebantur. ita ait S. Bernardus: *Dæmō*
prospicit imaginationi de vanis & sensualibus cogitationibus, quibus ter-
rena opera cuduntur, & cupiditatis ignis succenditur. & cor instar luti mole,
tandem indurescit instar lateris cocti: & fit malo induratum. Et quemad-
modum *Pharao* cōegit postea *Hebræos*, vt ipsimet discurrentes per totam
terram *Aegypti*, paleas sibi quærerent: ita *Dæmon*, quos iam sibi tanquam
mancia subiectos videt, instigat violenter, vt vagentur per creaturas: &
paleas quærat, quib⁹ imaginationes suas, & inordinatas affectiones foueat.

SE D hoc idem multò adhuc clariùs apparet in illo infelici *Abfalonis* la-
plu, quem scriptura diuina *quinque* his gradibus tanquam proprijs colori-
bus exactè depingit. Primùm enim ipse c *nutriebat capillos suos longos*, &
rufos, & gloriabatur in eis. Deinde permittit *Deus*, vt *caput eius per capil-
los d adhereret quercui*, & *penderet inter cælum & terram*: ita vt non posset sese
expedire. Et eodem tempore accedens *Ioab*, qui erat dux belli, *infixit tres
lanceas in corde eius*, & *cum adhuc palpitaret hærens in quercu*, *cocurrerunt decem
iuuenes armigeri Ioab*, & *percutientes interfecerunt eum*: & *proiecerunt eum in fo-
ueam grandem*, & *comportauerunt super eum aceruū lapidū magnū nimis*. An nō
tota hæc effigies quædam est viua ingentis stragis, quā tentationes efficiūt
in eo, qui seipsum negligit & per quinq; hos gradus misere corrumpit: nā pri-
mùm, *imaginatio* à *dæmone* instigata cogitationes profert superfluas, otio-
sas, vanas, & sensuales: in quibus valde hæret ac delectatur, ex quibus ta-
men mox *Satanas funes* cōficat, quibus eum ligat, suæq; voluntati mancipatū
tenet: quia miser adhærescit & afficitur perituris terrenis bonis; quibus ita
suspensus hæret, vt de rebus alijs nihil cogitet. Quis dicit, *auarum* non te-
neri suspensum à pecunia quam habet aut quærit; & *ambitosum* à dignitate,
quam ambit; & *inhonestum* ab ea persona, quam deperit: quisque enim *cor
suum habet ubi thesaurum* & affectionem. Et tunc accedit liberè *dæmon*, &
infigit in cor eius tres lanceas, quas S. *Ioannes* appellat *f concupiscentiam
carnis*, *concupiscentiam oculorum*, & *superbiam vitæ*: Et mortali culpa de-
struit gratiam, & charitatem, & virtutum elegantiam. Sed quoniam
adhuc palpitat, & aliquid vitæ superesse videtur: accurrunt quasi ag-
mine facto *decem* armigeri *Sathanæ*, exercitus scilicet reliquorum

oniorum, & passionum, quæ cum tribus prædictis lanceis conueniunt, vt
 infelicem animam occidant omnino, & in varia peccato contra *decem Dei*
præcepta, tanquam in foueam profundam præiiciant; destruentes reliquos
 virtutum habitus, qui supererant: vt nullum super sit vitæ iudicium. Satanæ
 enim vox ad reliquos suos adiutores est illa: *g exinanite, exinanite vsque ad*
fundamentum in ea: vt nec lapis maneat super lapidem, etiam ipsa fundamen-
 ta dissoluantur, fides scilicet, & spes, quæ reliquarum sunt fundamen-
 ta. Quid verò hinc sequitur, nisi quoddam misera anima in profundam de-
 sperationis foueam deiciatur: & lapidum cumulus, duritiei scilicet ob-
 stinationis in peccatis, comporetur, vt in eis permaneat æternum. Hi sunt
 gradus, per quos tentationes nos in miseriarum abyssum præcipitant. Cu-
 ius mali remedium est statim in initio resistere, prauarum cogitationum
 furiam præcidendo, priusquam in fines aded miseris perueniant. Non e-
 nim sine causa (vt ait S. Gregorius) dixit DEVS: *h caudam Behemoth duram*
esse, quasi cedrum: Caput eius molle, sicut fœnum; vt significaret tentationem
 initio facile euelli: postea verò difficile superari. Quare plurimum refert,
 caput eius contere, initium scilicet tentationis eius, quando per malam
 cogitationem nos aggreditur; priusquam indurescat, & affectione ac con-
 suetudine praua profundius radiceretur, ideoque Dauid statim atque audi-
 uit tentantium insolentiam ac dicentium: *exinanite vsque ad fundamentum*
in ea, respondit ipse: *beatu qui tenebit & allidet paruulos tuos ad petram*, quasi
 dixerit: ille se ab infernalibus hisce furijs expediet, qui earum tentationes
 in ipso initio reputerit, cum sunt paruulæ: allidendo illas ad petram viuam,
 qui est Christus: ita vt nec vestigium illarum super sit. Noli esse *Absalon*,
 qui rufos suos capillos, sicut mulier aliqua nutrebat; nec toto anno illos
 condebat: sed statim atque vanæ, & effœminatæ cogitationes occurrunt, il-
 las absconde; nec admittas, nisi viro dignas. Recordare etiam: *Nazareos*, et-
 si *komni tempore separationis sue & voti, nouacula non transiret per caput eorum*,
 vt capillos raderent: *cum tamen dies complebantur, eos rasisse ante ostium foederis*:
 & *capillos ponit in ignem Sanctuarii*, idque, vt S. Gregorius aduertit,
 ad significandum: etiam feruentes nutrire interdum vanas & superbas co-
 gitationes: ideoque opus esse, vt certis temporibus rasuram instituunt gene-
 ralem nouacula perfectæ mortificationis: & postquam raserint, ne faciant
 quod *Ab salô*, qui suos capillos seruabat, & in eis sese iactabat, magnique fa-
 ciebat: nunquam enim amplius debet quis gloriari de inanibus suis, & sub-
 tilibus ratiocinationibus (id enim esset nouarum tentationum occasio sed
 illas planè consumere, & sanctuarij igne, diuino scilicet amore, combure-
 re, cuius cogitationes & affectus ita eos, qui ex proprio amore otiebantur
 consumunt, vt eant planè in obliuionem.

g Ps. 136. 7.

Desperatio.

S. Greg. 1. 32

Mor. 6. 16.

h Job. 40. 12

Tentationis
initio occur-
rendum.

i Ps. 136. 9.

k Nm. 6. 18.

Vana cogi-
tationes
mortifican-
de.

§. II. Sensualis appetitus passiones.

Sape à carne
tentamur.
1. p. 114. a.
3. & 1. 2. q.
80. a. 4.

a Iac. 1. 14.

Li. 1. off. c. 4.
Damon ob
servat op-
portunitate

Ser. 5. in qu.
b Gen. 3. 15.

c Gen. 49. 17

Damon per
corpus ten-
tat spiritum.

Spiritus per
Christum
vincit.

MAGIS adhuc sollicitos reddere nos debet tentatio, cum ad sensualitatem pervenit, qua passionum suarum motus iam profert: eò quòd maiores vires recipiat: ac proinde periculum sit multò maius.

PRO cuius rei explicatione supponendum est, cum S. Thoma, non esse existimandum primum pravarum cogitationum & affectionum excitatorem semper esse *damonem*; sed sapè nostram ipsam *carnem* male propensam, & corruptam ex seipsa eas producere: etiam si *damon* nullus esset, à quo induceretur, quamobrem S. Iacobus Apostolus dixit: *unumquemque tentari à sua concupiscentia abstractum & illectum: & concupiscentiam, cum conceperit, parere peccatum.* Noster tamen infensissimus adversarius non sinit sibi elabi occasionem: nam (vt S. Ambrosius ait) tunc nobis maxime insidiatur, cum similes inordinatas passiones advertit in nobis quasi bullire. applicat enim statim escam, laqueosque disponit, quibus capiamur. Si nos videat commoveri, aculeos suos infigit: suggerens nobis modos sumendæ vindictæ; quibus illaqueemur, & eius desiderio submergamur. Eodem spectat quod S. Bernardus dicit: serpentem mille artes habere, quibus aperit suos astus, b *insidiando calcaneo nostro*; affectus observando, quibus in nostro progressu movemur: & ibi mordet nos, & suum infundit venenum. Cui optimè competit quod Iacob Patriarcha de filio suo Dan prædixit, dicens: *fiat c Dan coluber in via, Cerastes in semita, mordens vngula equi, vt cadat ascensor eius retrò.* Quis hic est equus, nisi *corpus* nostrum: cuius ascensor, & qui illum equitat, est *spiritus* noster, qui dirigit illud per viam mandatorum *DEI*, & per semitam consiliorum eius? at *damon* tanquam coluber abscondit se in hac via, & tanquam Cerastes occultat se in hac semita: insidiatur enim gressibus, per eam ambulantis: repente verò mordet vngulas equi, apprehendendo ipsas *carnis propensiones*, & affectus, vt spiritum dei jciat. Nam quemadmodum equus à serpente in vngula ictus, tam diu saliens tumultuatur, vt ascensorem, nisi equitandi sit valdè peritus à se diiciat: ita caro à *damone* instigata, ita commovetur, adeoque effrenatè insurgit, vt raptè etiam interdum miserum spiritum, eum trahens ad consentiendum peccato: nisi is dexter valdè sit, artisque huius peritus: vt illi sciat resistere, & eius audaciam reprimere. Sed quoniam hanc dexteritatem spiritus non ex proprijs viribus habet, sed ex *DEI* virtute: adiecit idem Iacob: *salutare tuum expectabo Domine.* quasi diceret; vt me ab his serpentis insidijs & moribus defendam, fiduciam meam posui, non in brachio & industria mea, sed in *Salvatore*, quem Deus mihi missurus est, vnigenito scilicet eius Filio: cuius virtute victoriam me consecuturum spero,

SED ex parte nostra oportet nos cum omni celeritate has inordinatas affectiones reprimere, & mortificare, antequam hosti sint prædæ: iuxta illud Sapiētis: *d post concupiscentias tuas nō eas. Et a voluntate tua auertere. Si præstes animam tuam concupiscentias eius faciet in gaudium inimicis tuis*: quia facient ex eis e funes, quibus te tanquam Sampsonem ligent, eruantq; tibi oculos, ac faciant molere tanquam bestiam: & illudent tibi, eò quòd tuis culpis arma illis dederis, quibus te præcipitent. Sed æquum est tamen, vt illos tu potiùs irridesas. & quando serpens incipit calcaneo tuo insidiari, vt mordeat: conuertate contra illum, *caputque eius contere, resistens, vt dictum est, eius tentationi, cum primùm incipit apparere.*

PRÆTEREA quemadmodum coluber & Cerastes non possunt apprehendere ungulas equi *celerrimè* currentis, & vix terram pedibus contingentis; sed quando paulatim se mouet, pedemque in terra diutiùs figit: ita dæmon non facillè inuenit occasionem tentandi *feruentem* aliquem, magna festinatione per diuina omnia mandata *currentem*: nec partem aliquam in eo deprehendit, qua possit illum detinere, cùm ipse nulla rerum terrenarum affectione teneatur: quia obiter tantum aliquid ex illis accipit, quòd sit vitæ ducendæ necessarium. *Tepidum* autem & passiones suas sequentè, facillimè serpens mordet, ac lædit: quia affectus sui pedem in rebus terrenis figit: & sapè non animaduertit periculum, donec damnum experiat: & eueniat illi, quod est scriptum in Iob: *immisit in rete pedes suos, & in maculis eius ambulat: abscondita est in terra pedica eius, & decipula illius super semitam.* quemadmodum enim *piscis*, ignari, quid faciant, ingrediuntur rete; & *aves* incidunt in laqueum; & *mures* in decipulam: ita *homines* intrant, & incidunt in tentationem, non attendentes, quid faciant, donec se captos videant. Sed in hoc ipso deprehenditur tentatoris *sagacitas*, & astutia: nam quemadmodum in retibus, laqueis, hamis, & mucipulis tales ponuntur *ceca*, quæ sint propensionis capiendorum apta: vt gustu irritato, in illas irruant: ita ait S. Gregorius constituit dæmon suas tentationes: ponens nobis ante oculos *escam* rerum externarum, ad quas videt nos propendere; & quarum conspectu irritatur & accenditur ignis mali desiderij quod vt expleamus, irruimus in ipsum laqueum. Considerat, inquit, S. Ephrem, aduersarius noster vitium, ad quod quisque propendet: & iucunda cuique iniecit vincula, vt in ijs libenter conualescat, & ita in ipsius maneat obsequio: bene prouidens, quòd, si iniucundis nos vellet vinculis alligare, citius ea abrumperemus, & reciperemus libertatem. Et quemadmodum belli dux, cùm ciuitatem obsidet, diligenter obseruat debilitatem murorum partem, quam deiciat; vt ciuitatem ingrediatur: ita dæmon, ait Cassianus, cùm animæ nostræ ciuitatem obsidet, diligenter obser-

uat

1.

Principis
obsta.
d Eccl. 18. 30
e Iud. 16.
13. 21.

2.

Feruens elu-
dit tenta-
torem.

Tepidus in-
uoluitur.
Iob. 18. 9.

Dæmon ob-
icium gra-
tum propo-
nit.

Ex S. Greg.
4. Mor. c. 17.
Lib. 14. Mo.
c. 17.

Ser. de lin-
gua morbo
& alijs vi-
tiji.

Coll. 24. c. 17

Demon
considerat
infirmiora
terra.

Ex uno ab-
surdo se-
quuntur
plura.

gNu. 24. 14.

Et c. 25. 2.

Et c. 31. 16.

3.

Apoc. 2. 14.

Vitium po-
tentius ex-
pugnandum
Supra: Et
Coll. 5. § 14

hi. Reg. 17.

40. 49.

4.

Colla. 5. c. 11

i Iud. 1. 24.

Ne spernas
medica.

Serm. 11.

uat partem eius debiliorem (vt si concupiscibilis inclinēt ad voluptates, aut irascibilis ad ultiones & ibi sua tormenta collocat, vt globos iaciat tentationum. Et sapē, si vel in vnum, quo delectatur, vitium deiciat; deicit etiam in alia magis horrenda: quæ ipsi alias non placebant, nisi tantopere primum placuisset. Hoc modo sciens: Israelitas ad sensuales voluptates propendere, suggessit Regi Balac per impium Prophetam Balaam, vt elegantes tæminas ad eorum tentoria mitteret, quæ illos ad fornicationem inuitarent, & pretium peterent, vt earum g Deos adorarent, & comederent de cibis idolis sacrificatis: quod re ipsa obtinuerunt. Contra hanc Satanæ astutiam præmunire te oportet sententia illa Saluatoris: estote prudentes sicut serpentes; vt ex hostis astutia discas, quam tu prudentiam habere debeas ad illum vincendum. Que in eo consistit, vt prauas tuas propensiones benè & exactè notas habeas, maiusque studium adhibeas, vt ab eo malo te custodias, ad quod te magis propensum intelligis: ipsamque propensionem, quæ in anima tua magis prædominatur, maiori feruore contineas, atque coerceras. Et quemadmodum infirmi, si membrum aliquod valdè debilitatum habeant, illi remedia & antidota applicant: eod quodd illud præ alijs patiatur, maiusq; damnū sentit ex quocunq; caloris aut frigoris excessu: ita, ait Cassian⁹, meritedebent, qui animo infirmantur, efficaciora & frequentiora adhibere remedia ei passioni, & inordinatæ affectioni, à quibus magis debilitatur, & maiori exponitur periculo æternæ vitæ amissionis. Ad eius itaq; curationem dirigenda sunt ieiunia, vigilia, meditationes, orationes & conscientia examina. Nam licet hostis sit sicut Gigas ille h Goliath, quinque his lapidibus poterit proferri: quo prostrato, qui nobis alias est infensissimus, reliqui minores aufugient.

DENIQUE nullam passionem aut inordinatum affectum etiam minimum oportet negligere: nam vel talis, vt idem Cassianus ait, sufficet, vt te aduersario tuo tradat, indicando illi portam, qua pateat illi aditus ad ciuitatem animæ tuæ deprædandam. Solus i vnus homo qui egressus est de ciuitate Betel, ostendit hostibus introitum ciuitatis, quam obsidebant & illi ingressi percusserunt urbem in ore gladii. Et quamuis anima tua sit sicut Betel, quod significat domum Dei: si non tibi attendas, & passionem aliquam foras abire patiaris, quæ ad res huius mundi afficiatur: per eandem patebit hostibus aditus, ad eam deprædandam, & omnes eius habitatores, scilicet virtutes in ore gladij percutiendas. Et quemadmodum ait S. Doroteus, parum iuuat aquilam, caput & alas habere liberas, si venator vel ex vno ungue captam eam teneat: hoc enim sufficit, vt & plumas euellat, & caput ipsum amputet: ita etiam, quamuis vir sis valdè spiritualis, & contemplationi deditus: si dæmon vel ex vna inordinata affectione te captum teneat, periculum tibi imminet pereundi: ea enim passione disponet tibi mille laqueos, quibus te

non

non solum *alis* orationis & contemplationis priuet: sed etiam spoliatur *vita* gratiæ. Nec debes talem passionem parui facere, eò quòd sit de re parua: no- uerit enim dæmon citissimè eam mutare in aliam multò maiorem. Si *crinis* in aquam proiectus paulatim conuertitur in *serpentem*: quid mirum, si ali- qua *cogitatio* superflua, vel minima ad rem aliquam *affectio* per astutiam in- fermalis serpentis conuertatur in colubrum *peccati*. Et cum dicat Sapiens k *quasi a facie colubri fuge peccata*: fuge quoque ipsum *semen*, ex quo ille genera- tur, *paruas* etiam passiones mortificando, quæ sunt principia magnæ ruinæ. Attende, dæmonem, vt S. Hieronymus ait, appellari *Myrmicoleon*, qui initio ingreditur tanquam *formica*, & rodit grana virtutum. sed cum videt oppor- tunitatem tanquam *ferus Leo* ipsas animas deuorat. Si igitur experiri nolis eius feritatem, cum agit *Leonem*: prohibe parua eius furta, & rosiones, cum agit *formicam*.

§. III. Horrende imaginationes.

ALio stratagemate vitur aduersarius ad nos vexandos, à præceden- tenon nihil diuerso: non per voluptates & delicias, sed per cruciatus & inquietudinem cordis. Nam, commouens humores, & internas imagines excitans, efficit sæpè imaginationes terribiles, figuras horrendas, profun- das melancholias, iras furiosas, detestandas cogitationes infidelitatis, despe- rationis, blasphemiar, odijque in Deum, & sanctos eius: Aliquando quidè verbis interioribus molestissimis, ad quæ audienda nos cogit: imò & ipsam linguam inuitis nobis ad similia proferenda mouet: Aliquando figuris tri- stissimis, & scædissimis impellendo nos, vt eas aspiciamus, variasq; corporis partes commouendo ex horrore eorum, quæ in spiritu geruntur. Quod. n. fecit cum S. Antonio, & magnis alijs Sanctis, induens figuras ferarum, & mō- strorum, quibus horrendis spectaculis *oculos* intuentium affligebat, & trem- endis vocibus *aures* vexabat, & *corpora* ipsa grauibus vulneribus lædebat: hoc ipsum facit nunc sine his figuris cum multis: non dico peccatoribus, sed *uiris* valdè probis, & iustis: qui similia patiuntur inuiti, & superiori spi- ritus parte strenuè resistentes. Cuius sufficiens signum est, *pæna* qua afficiū- tur cum talia sentiunt; & *studium*, quod in eijs reiiciendis ponunt; & *clama- mores*, quibus diuinæ gratiæ feruorem ardentè petunt: quæ tamen illis continuè adest, etiam ipsis non aduertentibus. Nam vt Christus D.N. dixit S. Catharinæ Senensi, cum similia pateretur: quoniam ego tecum eram, li- cēt in corde latens, hærentationes eò non pertingebant, nec te vincebant: sic enim impleo, quod per os Dauidis dixi: *a cum ipso sum in tribulatione; li- berabo eum, & glorificabo eum*: commutans planctum eius in gaudium, & tur-

Ex scin sil- la na- glecta orit in incendium.

k Eccl. 2. 2.

In id Job 4. 11. Tigris pe- rige.

Dæmonis violentæ tentationes.

S. Antonius.

S. Cathari- na Sen.

1. p. Vita i- p. 116 c. 11.

a Ps. 90. 15.

b *Isa.* 30. 15.*Hostem con-*
temne.

Deo suppli.

c *Iob.* 1. 17.d *Phil.* 4. 7.e *1. 93. 19.*

Humor me-

lancholicus

purzandus.

f *1. Reg.* 16.

3.

Tristitia no-

cet homini,

placet da-

moni.

g *Pro.* 7. 22h *2. Co.* 7. 10i *Psa.* 50. 14.

Lacrimini

in Domino.

k *Esdr.* 8. 20l *1. Reg.* 1. 2

orationem in pacem magnam & laetitiam. Toto autem tempore pugna b in
 silentio, ut ait *Isaias*, & *in spe erit fortitudo tua*. nulla colloquia cum hoste mis-
 ceas, nec ad turpia ipsius verba respoideas, aut ipsa proferentem cures.
 Qui, utpote superbus, valde fert agere se contemni, & nihili fieri, quæ ipse
 fingit ad terrendum. Præstat itaque conuertere tuum sermonem ad
 DEVM D. N. humiliter & amanter auxilium petendo, animoque resi-
 gnato offerendo te ad cruciatum illum ferendum quamdiu Deo ipsi pla-
 cebit: persuadendo tibi, non esse *infernum* damnatorum, sed iustorum
Purgatorium, ad te expiandum à præteritis culpis, & à futuris præseruan-
 dū. Quod si hanc confidentiā nō amiseris: cū te *consumptum* putaueris, ut
 dicitur in libro *Iob*, *orieris ut Lucifer*, cælesti scilicet nouo lumine renoua-
 tus & gaudio Spiritus S. d. pæce illa fruens, *que exuperat omnem sensum*: nam e
 secundum multitudinem dolorum in corde afflicti, *consolationes DEI* laificāt ani-
 mam eius. Vltimū est aduertendum: huiusmodi tentationes solere aliquan-
 do fundari in abundantia humoris alicuius melancholici: quare expedit
spiritualem medicum cum *corporali* conuenire, ut applicentur remedia,
 quæ humores euacuent, & cor ipsum laxificent: cū videamus, *sperecutien-*
te Davide cytharam manu sua, refocillare consueuisse Saulem, & *leuius habere*.
recedebat enim ab eo Spiritus malus: sublata enim Melancholia, quæ corpori
 prædominabatur: non habebat dæmon in quo posset hære. Et vniuersim
 refert plurimum *tristitiæ* spiritum vincere, quæ non est secundum DEVM
 sed secundum carnem & mundum: nam, ut ait Sapiens: *g Spiritus tristis exsic-*
cat ossa, vires debilitat, trædium adfert bonorum operum, aperit portā ten-
 tationibus, imaginationes efficit valde importunas, succumbit timori &
 terrori, disponit ad desperationem: imò & h. *mortem operatur*: ac denique
 valde similis est hic Spiritus ipsius dæmonis Spiritui: qui hoc humore plu-
 rimum delectatur, ut qui ad suos fines valde sit illi ex vsu. Contra verò
 horret Spiritum *latitiæ*, quæ est secundum DEVM: quia reddit aetatem flo-
 ridam ac vegetam, affert quæ spiritus feruorem, magnumque animum con-
 tra tentationes. Idè dicebat *Esdras* populo suo: *g gaudium Domini est for-*
titudo nostra, & *S. Iacobus* Apostolus monet nos, ut *l omne gaudium*
Domini existimemus, cum in tentationes varias incide-
rimus, ob ingentia bona, quæ ex
cis haurimus.

CAPVT VI.

PVGNÆ CONTRA TRES VEHEMENTES APETI-

tus voluptatum diuitiarum, & honorum: Equaratione Christus

D. N. eos vicerit & adhuc vincat in nobis.

LICE ET multi sint, & horrendi interni & externi Christianæ perfe-
ctionis hostes: omnes tamen reduci possunt ad tres vehementes
Appetitus trium rerum, quas mundi huius homines vehementi-
us amant, & ad quas illi impellunt; & in quibus fundantur a Con-
cupiscentia carnis, Concupiscentia oculorum, & superbia vite. & hi sunt præcipui
militres deseruientes damoni, ad impediendam peccatorum conuersionem
sicut in primo Tomo est dictum: & per eandem pugnam prosequitur, vt eos
qui bene ceperunt, faciat retrocedere. Per hos deiecit Orpham, de qua dicit
Sacer textus: quod b reuerfa sit ad populum suum, & ad Deos suos. Qui autem hi
sunt Dij, & quis populus, ad quos victi à damone reuertuntur, nisi res huius
vite, quas prius cum alijs peccatoribus inordinate diligebant? primus fal-
sus c Deus est venter, cui seruit populus hominum carnalium, voracium, ac
inhonestorum. Alterum d idolum, sunt diuitia, quod populus auarorum, &
cupidorum adorat. Tertium idolum est inanis excellentiæ & honoris, quod po-
pulus colit superbiorum, & ambitiosorum. Hæ sunt tres illæ congregationes
peccatorum, quas vidit Ezechiel: (vt supra est dictum) vna erat e septuaginta vi-
rorum de senioribus domus Israel, qui adolebant idolis depictis in parietes, secunda
erat mulierum, quæ sedentes plangebant Adonidem Veneris amasium; tertia e-
rat quasi viginti quinque virorum dorsa habentium contra templum Domini, &
facies ad orientem: & adorabant ad Ortum Solis. Horum populorum opera v-
titur Satanas ad aggrediendum, & persequendum populum D E I, congrega-
tionem scilicet Discipulorum Christi. Aduersus quem, vt refert S. Ioan-
nes, prodierunt in campu tres equites, eius hostes, in tribus equis ferocib.
Primus erat frifus, secundus niger, tertius pallidus: qui tria genera significabāt
peccatorum, varijs vitiorum coloribus tinctorum: qui instar sunt equo-
rum Satanae, eos regentis & dirigentis quocunque velit, freno, & calcari-
bus execrandarum eius suggestionum: qui in eis & per eos contra doctri-
nam & legem euangelicam pugnat: prouocando eius sectatores, vt ei potius
obstant, eamque reijciant: & eisdem postea tanquam instrumenta adhi-
bet, ad ceteros homines aggrediendos & oppugnandos. Sed nō potuit præ-
ualere in Christum ipsum, nec in populum electorum eius: nam ipse potius
cum ingenti sua gloria, de omnibus illis tribus triumphauit. Cuius trium-
phum delineat idem S. Ioānes dicens: g vidi & ecce equus albus, & qui sedebat
super illū habebat arcū, & data est ei corona, & exiit vincens, vt vinceret. Quali

Triplex ap-
petitus.a 1. Ioh. 2. 16.
Ventris.

Tra. 1. c. 16.

b Rut. 1. 15.
Opum.c Phil. 3. 19.
d Gal. 5. 20.

Gloria.

e Eze. 8. 10
Com. 1. Tra
1. c. 16. §. 1.

f Apoc. 6. 4

g Thom. 1. 2

g. 77. art. 5.

g Apoc. 6. 2.

h Apoc 19
12 1.
Verbo Dei
vincit Chri
stus demonē
per se.

In orat.

Heb. 12. 2.

In vita.

in illud Ps. 7
k Mat. 4. 3.
Arcum suū
tendit.
In cruce:
Hab. 3. 4.

Et per disci
pulos.
Vide Ribera
qui ait esse
communem
expositionē.
H. 2. in Cā
in Zac 10. 3.

fibi non esset satis semel vincere: sed sapius: primū per seipsum; & per suos postea discipulos, vsque ad mundi finē. Equitem, n. cum esse *Verbum Dei* aliter idē Sanct. Ioannes, dicēs, h eum *qui super equum sedebat vocari fidelem, & nomen eius verbum Dei*: Et idem S. Hier. & S. Ambrosius asserunt. Nam diuinū Verbum, de cælo descendens, coniunxit sibi purissimā suam humanitatē per albū illum equum significatam: In qua manēs, eamq; gubernans, & mirabilia ac stupēda per eam faciēs; & contra suos hostes pugnans, præclarissimas de eis victorias reportauit. In ipso itaq; instanti suæ conceptionis data est corona super caput eius: non, n. ita in mundū ingressus est, sicut filij Adā: qui ingredimur à dæmone victi, & peccato subiecti: sed tanquā victor gloriosus, contēnens oēs carnis delicias, diuitias, & honores mundi; amplectēs verò, vt dixit Apol. & *sustinens crucem* paupertatem, ignominia & dolorē: quæ cum ipsa cruce coniuncta erant: & sic vicit peccatū, & obtinuit nobis sanctificationē. Eandem potrò victoriā, n. profecutus est, quādiu vixit in hac vita, pro armis vsus *arcu* suæ prædicationis, & doctrinæ cœlestis: qua, vt S. Augustinus ait, sagittas iaculabatur admirabiliū sentētiarum contra mundi *voluptates, diuitias, & honores*. Et quando hostis illam in his tribus rebus est aggressus *in deserto* hoc eū arcu posttrauit, vt supra diximus. Ad finem tamen vitæ, vt perfectissimam suam concluderet victoriā, *crucis* arcum in manibus suis accepit, vbi violenter fuit extensus, instar chordæ ad arcus extremitates: & sic moriēs, suos hostes prostrauit: quæadmodum dixit Habacuc Propheta in eo cantico, quod inscripsit Victori dicens: *in manibus eius quasi instrumenta pugnæ, quæ sunt crux & clauis: ibi abscondita est fortitudo eius: ante faciem eius ibit, & victa fugiet mors. & egredietur diabolus, fugietque territus ante pedes eius. Contriti sunt montes seculi, incuruati sunt colles mundi* (diuites scilicet ac potentes eius) *ab itineribus & operibus aeternitatis eius* quæ ipse in nostrum bonum decreuit & constituit.

SED vltius adhuc progressa est Saluatoris nostri potentia, eiusque victoriæ. Nam, cum per seipsum gloriosē aded, vt dictum est, vicisset: voluit semper in ea victoriā pergere per suos *Apostolos ac Discipulos*, & per reliquos *istos* eorum successores: qui etiam per *album* illum equum, super quem ipse sedebat, significabantur. Nam, vt ait Origenes, libenter *frangunt* accipiunt disciplinæ ipsius Domini, à cuius diuino Spiritu ducuntur ad quamcunque partem, non voluntate propria, sed Saluatoris ipsius in ipsis existentis, & per eos pugnantis, suosque inimicos vincētis. quod iuliuauit Zacharias, cum dixit: *in posuit eos quasi equos gloria sua, preparados in bellum*. In magnam enim eius gloriam cedit, quod per illos vincat, & propterea in laudibus *DEI* ponit Ecclesia quod *vincat in martyribus* qui etiam vincit in Confessoribus, & Virginitibus, & in omni-

bus,

Iusti sunt
equi Dei.Victoria re-
na non suf-
ficit.Lib. 4. in
Lucam.In Prologo in
Ascetica.

in Ioan. 16.

33.
Christus no-
bis vicit.Verba sunt
efficacia
per inspira-
tionem.
in Psal. 63. 9.o Psal. 119. 4
Psal. 44. 6.p Iob. 29. 20
Lib. 19. Mor
cap. 28.
Opera &
crux Christi
amplecten-
da.

1. Cor. 1. 18

bus, qui tentationes vincunt. ipse enim eas vincit virtute eius victoriae, quam illis omnibus comparavit. Quare ita existimare debes, quod eo die, quo graues tentationes superasti, quae tuam conuersionem impediabant, cum peccati statum, aut nequam hunc mundum deseruisti: id praestiteris, eod quod Dux tuus Iesus Christus in te illas vicerit. Sed attende; te incepisse vincendo, ut vinceret: quia non debes existimare, satis tibi esse, quod primam obtineris victoriam: sed pergendum semper in pugna contra eosdem hostes, cum magna spe, quod perges etiam in victoria. Quia Dominus, qui primam dedit victoriam, secundam etiam dabit, & plures alias: quia aequae illi facile est, mille victorias, atque vnam dare: si fiduciam tuam in virtute ponas, quam suis ille tibi comparavit. Nam (vt S. Ambrosius ait) non sibi sed tibi vicit, sicut nec orauit, aut ieiunauit sibi ipsi; sed in tuum commodum, applicans tibi suae victoriae fructum. Animum itaque sume, o Christiane: (ait S. Basilius) quia eum victorem Regem sequeris, qui te vult suae victoriae participem facere: & illi confidens, verum victor euades. in *Confidite*, ait ipse Christus suis discipulis: *ego vici mundum*, & tria illa vitia, quae in illo regnant: & in virtute mea vos quoque vincetis: & ego ea vincam in vobis.

Sed quibusnam armis Christus in nobis vincit? non certe alijs, quam duabus rebus, quas eius arcus nobis ob oculos ponit, reuocans nobis in memoriam valde luculenter *verba*, & *sententias*, quae ipse dixit in suo Evangelio contra inordinata voluptatum, honorum, ac diuitiarum desideria, cordi vero magnum imprimens amorem suae crucis, dolorum, ignominiarum ac nuditatis, quas pro nobis fuit perpessus. Id quod praestat vehementibus suis inspirationibus, eo tempore immixtis, quo nos aggreditur tentatio. *Verba enim DEI*, quae tu ex diuinae scripturae pharetra extrahis, si solis tuis viribus proijceres, essent quasi in paruuli alicuius sagitta, ac proinde paruae utilitatis ad hostem prosternendum: at, quae ab inspiratione diuina prodeunt, sunt sicut o sagitta potentis sagittarij acuta, cum carbonibus desolatorijs, ita scilicet hostes penetrantes, & sauciantes, ut eorum vires comminuant. Sed quoniam non sufficiunt sola verba: opera quoque inspirat Deus, facienda: arrepto scilicet ipso arcu in manu iuxta illud Iob. p. *Arcus meus in manu mea instaurabitur*. In quem locum ait S. Gregorius: *Arcus in manu est scriptura in operatione*: credendo scilicet, quod illa docet; & faciendo, quod praecipit. Arcus etiam in manu est ipsa *crux Christi*, eiusque mortificatio in praxim deducta: offerendo te ad patiendum pro eius amore, quod ille pro te est perpessus: & ex toto corde complectens hanc armaturam crucis, quae adeo est potens contra omnes daemones. Quia, vt dixit Apostolus, *verbum crucis is qui salui sunt, est virtus Dei*: facit enim eos inuictos in pugna. *Quis vincet crucis amatorem; & eum, qui carnem suam crucifixit cum vitis*

r Gal. 5. 24.
[Gal. 2. 10.]

Mortifica: io
parit victo-
riam.

r Job. 39. 19

Lib. 31. Mor.
c. 7.
Iustus Deū
portat.
u Job. 7. 1.

1.
Laetitia.

2.
Contēptus.

3.
Fiducia.

Et concupiscentiis: quis deicere poterit, [Christo confixum cruci, ut mundo mor-
tuis DEO solt vivat: & quemodo verba tua non erunt sagitta fortes in hostes
tuos, si prodeant ex corde Christi, in cruce extensi? nam quemadmodum ar-
cus, si chordam habeat laxam, leuiter mittit sagittam; si autem tensam, ma-
gna vi illam iacit: ita si tu sis in mortificatione laxior, & ignauus: verba tua,
& resistentia, quibus repellis tentationes, erunt sicut sagitta paruulorum,
quas daemones nihili faciunt: si autem bene sis extensus in cruce, per genero-
sam mortificationem: etiamsi illa sit carni violenta, tanto feruore sagittas pro-
ijcies, ut victoriam in tentationibus reportes.

DENIQUE multum debes gloriari, quod sis tanquam equus albus & gene-
rolus Iesu Christi, per quem ipse pugnans gloriosissimas obtineat victorias:
cuius equi proprietates retulit ipse DEVS S. Job, dicens: numquid praebebo e-
quo fortitudinem, aut circumdabis collo eius hinnitum: numquid suscitabis eū, qua-
si locustas, gloria narium eius terror. Terrā unguis ferit, exultat audacter: in occur-
sum pergit armatis. Contemnit pauorē, nec cedit gladio. Super ipsum sonabit phare-
tra, vibrabit hasta & chlypeus. Feruens & fremens sorbet terram, nec reputat tuba se-
nare clangorem. Vbi audierit buccinā, dicit: vah. procul odoratur bellum, exhorta-
tionem Ducum, & ululatum exercitus. Quis hic est equus, ait S. Gregorius, nisi
vir iustus, in quo Christus gerit spiritus bella: non enim satis habet, quod sit
ferculum, thronus, aut thalamus eius, portans illum intra se tanquam Regem,
Magistrum aut sponsum: sed etiam gloriatur, quamdiu versatur in hac uita,
qua tota est militia, quod sit tanquam equus gloriae eius, in quo sedet ipse De-
us, tanquam Dux, hastam vibrans & chlypeum: quae sunt auxilia iusto ipsi data,
ad pugnandum & vincendas tentationes. Praecipue verò dat illi sex docu-
menta, quae idem S. Gregorius ex praedictis verbis deducit.

Primum: si audieris buccinam, & signū ad arma: & videris tentationē appa-
rere, dic: vah: noli tristari, nec fieri timidior: sed nouum spiritū recipe & ani-
mū: speras lucrum ex ipsa imminente pugna. Quod si Dæmō horrenda que-
dā tibi minetur, nisi ipsius suggestionib. consentias: contēne pauorē: & potius
gloria narium terror, hoc est vel odorē rerū terribiliū reputa gloria tuā, ut for-
titudinē tuā in eas ostendas; dādo operam, ut sentias aeternas, quas Deus mi-
natur peccatorib. ut ita contēnas tēporales. Quod si te persequi pergat, pau-
pertatē & res alias acerbas, & ignominiosas tibi inferēdo: exulta audacter, &
in occursum perge armatis: audacter inquā, ut nō abicias animū; sed leta quadā
audacia occurre aggrediētib. hostibus, etiāsi tē omni genere calamitatū at-
mati aggrediantur: tuā autem fiduciā colloca in Duce tuo, quo in te & pro te
pugnante, omnia pericula euades feliciter. Quod si hostis reb. delectabilib.
& terrae voluptatibus te inuitauerit: unguis terram fode, conculcans & sper-
nens eas, fode terram, hoc est ingredi sepulchrum; ut videas, omnia hae
caduca esse, & nihilum: feruens & fremens sorbe terram, magno inquam feruō.

re ac zelo te conuerte in ipsum hostem, & carnem tuam, ipsam castigando & conterendo, eò quoddam talia appetat. & sic contumes ac dissolues omnia terrena, quæ peccati occasione tibi possunt adferre. Quod si te repente in aliquas occasiones & peccandi pericula induerit, mox ad Deum recurre per orationem, & suscipit te sicut locustas: vt scilicet fugias saltando super talem foueam, & profunditatem, vt periculum euadas. Et quemadmodum locustæ semper saltando progrediuntur, & maioris ætus tempore saltant frequentius: ita merito debes cor tuum ad res cælestes frequenter eleuare orationibus, & sanctis alijs affectibus: ne huius vitæ rebus nimium adhæreas. & tunc maxime frequentius tibi saltandum est, cum tentationum ardor magis premit. Denique si tentator aliquo tempore remittens, permiserit te tranquillum & pacatum viuere: non te iudices esse securum: sed *procul odorare bellum, exhortationem Ducum, & ululatum exercitus*: & ad pugnam te præpara. studeas rationes illas addiscere, quas septem *vitiorum* duces adferre solent, vt victores euadant: & attende tibi diligenter, vt *passionum* tuarum agmen possis cognoscere. bene enim paratus non vincetur.

Hæc summam sunt documeta, quæ Dux noster suis electis suggerit, cum residet in eis tanquam generosis gloriæ suæ equis, per quos pugnat, & vincit, & coronam obrinet, quam in suo capite gestat: hæc enim victoria, ipsius potius est, quam nostra. Et quemadmodum Apostolus monet: quotiescunque vincimus *x debemus Deo gratias, qui dedit nobis victoriam per D. N. I. C.* eius filium, ad cuius pedes & thronum mittere debemus coronas nostras, quemadmodum *y seniores* illi faciebant in Apocal. dicentes & confitentes, ipsum Agnum eas comparasse, & ipsorum capitibus imposuisse. Et quandoquidem ipse cepit in nobis vincere eo animo vt victoriam prosequatur: resumamus nos animum cum ipsius auxilio, vtendo prædictis eius documentis contra particularium vitiorum tentationes, præcipue *septem* capitalium: eo modo, quem in subsequentijs capitibus exponemus.

CAPVT VII.

PRIMAS PVGNAS ET CONGRESSVS ESSE CONTRA CAR-
nis concupiscentiam, & voluptates, quæ gula & libidinem fouent: & ratio eas vincendi.

Primus Satanae instrumentum ad omnes suas tentationes est caro, & eius concupiscentia: à qua primus conflictus, & quidem satis cruentus provenit: cuius ferocitatem depingit S. Ioannes dicens: *a seuisse equum istum, & qui sedebat super illum, habebat gladium magnum: cuius est illi potestas, vt sumeret, & auferret pacem de terra, & vt inuicem se interficerent.* In qua pugna est duplex genus pugnantium, quia carnis concupiscentia duo producit inordinatarum affectionum genera, quæ semina sūt grauissimarum tentationum. *Primo* sūt furentes & importunissimæ sensualium volupta-

tum

4.
Mortificatio5.
Oratio.
S. Greg. 3.6.
Solicitudo.Victoria Dei
est.x 1. Cor. 5.
57.y Apoc. 4.
10.Continuan-
da est.

a Apoc. 6. 4.

Lib. 31. c. 4.

Carnalia
vicia prius
superanda.

1.

Cf. 2. de
summo bo
no c. 22.Lib. 30. Mo
ral. c. 26.

tum appetitiones, quibus gula libidoque fouentur: quas S. Gregorius vitia carnalis appellat: eò quòd vehementer impellant ad delectationes in cibo & potu, & fœdas voluptates, quæ sunt propriæ carnis, originalis peccati sanguine defœdatæ. Quæ caro (si ad mysticum sensum attendamus) significatur per *equum rusum*, in quo sedebat primus tentator, qui eam gubernat; eiusque passionibus ac sensibus vitur ad crudele nobis bellum inferendū, nosque in hæc duo carnis vitia præcipitandos. quorum pugna; (vt ait S. Miodorus) sunt primæ in vita spirituali. in quibus oportet, nos victores euadere, si velimus etiam reliqua vitia superare: quemadmodum prolixè ostendit S. Gregorius, dicens: prius oportere hostes vincere, qui sunt *intra* ipsam ciuitatem: postea exeundum ad pugnandum cum iis, qui sunt *extra* illam: si enim ad pugnam exeas cum externis, vastabitur ciuitas ab internis. Cùm igitur gula & libido hostes sint domestici; pugnentque armis nostræ carnis ad delicias propensæ; nosque etiam seorsim manentes & inclusos impugnet: necesse est primam nostrum impetum in eos facere, & conaricodem subiicere priusquam alios aggrediamur, qui sunt exterius.

2.

b Jer. 12. 5.

S Thom. 2.

2. q. 148. a. 3.

A faciliori-
bus incho-
andum.

Cassi. lib. 5.

c. 20. & Col.

5. cap. 26.

c Ephe. 6. 12.

Serm. de ab-

dicat. rerū.

PRÆTEREA, qui contra hostes *visibiles* pugnare non nouit: quomodo nouerit contra *inuisibiles*? & qui in *leuioribus* pugnis timidior est, & pusillanimis: quem animum habebit ad pugnas difficiliore? nam si (vt ait Ieremias) *b cum pedibus currens laborasti: quomodo contendere poteris cum equis*. Cùm igitur carnalia vitia sint nobis spiritualibus *notiora*, & gula sit reliquis *facilior*: qui ab his vincitur, quomodo alia aggredi audebit? imò, vt ait S. Gregorius, qui se *paruis* prosterni conspicit: conflagere cum maioribus erubescit; & qui se videt à *visibilibus* hostibus prosterni, statim conicit se ab *inuisibilibus* prostratum. Cùm, vt ait Apostolus: *c non sit nobis colluctatio aduersus carnem, & sanguinem tantum, sed aduersus Principes, & potestates inferni*. Et idem dæmon, cùm videt, se in *modico* nos superasse: magnum concipit animum nos in *omnibus* superandi.

3.

Caro negli-

gèa ducit ad

omne scelus.

2. 2. q. 148.

a 3.

ACCEDIT, quod si dæmones tormenta nostra bellica configant; non poterimus cum illis congregari, & cùm nostrum corpus cum suis potentiis sit animæ instrumentum ad omnes actiones, quibus sit pugnatūra, & hostibus restitutura: si corpus ipsum est prostratum, vitiisque gulæ & libidinis confixum (quæ notabiliter inuestunt, & inhabile reddunt ad bonas reliquas actiones) in promptu erit, vt in alia innumera peccata nos præcipitent. Et propterea S. Thomas ait: gulam ob suos effectus præminentiam quandam habere super alia vitia: quia in omnibus præbet aditum. id quòd multò magis efficit libido: cuius inordinatio adhuc est magis perniciofa.

4.

QVID autem dicemus de strage à tentatore per hæc duo vitia illata, quando ei datur *gladius magnus, & potestas*, vt execrabilis sua suggestione vta-

tur,

tur, foueatq; ipsius carnis passiones? statim incipit *pacem sumere & auferre*, & miserandam in ea discordiam & pestem seminare. Gula (ait S. Basilus) culpam originale inuexit in mundum: sustulit felicem *pacem*, qua parentes nostri fruebantur in paradiso; & causa fuit mortis, quam omnes incurrimus ob gustatum ab Adamo prohibita arboris fructu. Hæc (ait S. Chrysostomus) deiecit eum in hanc lachrymarum & discordiarum vallem; laxauitq; habenas, quibus *libido* infrænata tenebatur: & sic incepit carnis suæ nuditatem & rebellionem sentire. Et vtraque simul causa fuerunt e *diluuio*, quod totum mundu submersit: & *ignis*, quo infelix *Sodoma* conflagrauit & idololatriarum, discordiarum, & mortis innumerabilium Israelitarum in deserto: nam, cum semel *g sedissent manducare & bibere, surrexerunt ludere, & idolum colere*; & alias accedentes ad *mulieres Moabitides adorarum*, in earu gratia *Deos earu*, quam ergo maiore perniciæ & vastatione adferre potest Saranæ gladius, qua vt pacem dissoluat cu vero Deo, & efficiat vt multi factis negent cultu & adorationem ipsi debitam? *multi enim sunt* (ait Apostolus) *inimici crucis Christi*, in quem crudele excitant bellum, *quorum Deus venter est*, & carnis voluptates; ac propterea *eorum finis interitus, & æterna confusio*.

Huc accedit lamentabilis illa discordia, de qua idem Apostolus ait quod *caro concupiscat aduersus spiritum: spiritus autem contra carnem: hac enim sibi inimicem aduersantur*: & quisque pugnat vt alterum vincat, & occidat: Spiritus, vt prauas carnis inclinationes sibi subijciat: hæc vt bonas spiritus propensiones ad se trahendo vincat: quæ vix (vt ait Ieremias) rem sibi iucundam aspexit, cum instar *lequi emissarii hinnit* ad rem, quæ illam recreat & oblectat: quamuis mors propterea accidat animæ. In hac autè pugna tam contentio- & ancipiti *duo sunt Duces* pugnantibus fauentes: *spiritus S.* inspirationibus suis fauet spiritui, vt strenue certet aduersus carnem: at *daemon* execrandis suis suggestionibus tanquam framea fauet ipsi carni, vt fortiter spiritui resistat, non tam violenter, quam *blande* alliciendo: quod si ille blanditijs huiusmodi emolliatur, & sese illi dedat: vitam amittit, & spiritus S. illum deserit. Quemadmodum Dalila à Philistæis, Samsonis hostibus persuasa, blanditijs illum decepit, & causa fuit cur *in recederet ab eo Dominus*, & in manus incideret Philistæorum: à quibus tanquam vile mancipium tractaretur.

S E P non in solo spiritu damna sistunt, quæ tentator suo gladio infert. Nam ex repercussione adfert alia non leuiora ipsimet carni in rebus, quas illa ad suam voluptatem expetit. Si enim diligentius inspiciamus gula & luxuria *quinque* illa, quæ huius mundi homines plurimi faciunt, valde destruunt bona scilicet fortunæ, honorem, delicias, sanitatem, & vitam ipsam. *Fortuna bona* destruunt: quia, vt suis propensionibus ac delitijs satisfaciant, ea consumunt: sicut Esau *in primogenita sua vendidit pro lentis edulo: & abiit*,

Gula omnē inuexit pacem.

Hom. 13. in Mat. tom. 2.

c Gen. 7. 17. 21.

Cap. 19. 24.

Eccl. 16. 49.

g. 20. 32. 6.

h Num. 25. 2

Eccl. 31. 16.

i Phil. 3. 19.

S. k Gal. 5. 17.

Iere. 5. 8. Duo duces pugnantiu.

Caro blāda.

m Indic. 16. 20.

6. Caro quinque que damna adfert.

n Gen. 25. 24

Fortunarii.

o Luc. 15. 13.
Honoris.p Psal. 48.
13. 21.3 Eth. c. vlt.
S. Tho. 2. 2.
q. 142. a. 2.
Voluptatis.

q Pro. 23. 31.

1 Job. 20. 14.
16. 24. 20.

Sanitatis.

1 Job. 20. 22.

u Sap. 11. 17.

Interrog. p.
Vita.x Psal. 104.
3. 7.

parus pendens quod primogenita sua vendidisset, vt suam famem expleret: & filius prodigus o dissipauit substantiam suam viuendo luxuriose. Honorem laedit, quia despectum hominem faciunt, tanquam degenerantem ab ingenuitate humana, seq; delictis & voluptatibus tradentem: quæ sunt cum bestiis communes. per illa enim maxime p comparatur homo (vt ait Dauid) *iuuentus insipientibus & similis factus est illis.* & vere insipientibus comparatur: quia vtrumque hoc vitium valde obscurat iudicium rationis: in qua hominis gloria consistit. Et propter hanc causam ebrietas apud homines ingenuos & honoratos, est vitium infame. & de intemperantia dixit Aristoteles, quod sit vitium puerile: eod quod gustatus oblectationem potius sequatur, quam dictamen rationis. Et luxuria, cum crescit, magnam adfert infamiam, & notam ac maculam honori apponit. Quid vero dicam de voluptate, quam vtraque tantoperè appetit: quam tamen ipsamet, cum nimia sunt, imminuunt. Et licet blandè initio ingrediatur: in fine tamen vehementer cruciat. Propterea enim dixit Sapiens: *q ne intuearis vinum quando flauescit, cum splenderit in vitro color eius: ingreditur blandè, sed in nouissimo mordebit vt coluber: & sicut regulus venena diffundet.* Quasi apertè diceret: cohibe appetitam voluptatis, quem gula & libido in primo suo ingressu adferunt: cogitans & perpendens dolorem & cruciatum, quem post suum accessum efficiunt. nimius enim cibus conuertitur in colubrum, & nimius potus in regulum: &, vt dicitur in libro Job: *r panis eius vertitur in fel aspidum intrinsecus: & inhonesta dulcedo in vermes.* Hæc enim omnia mordent, veneno insciant, & felleam amaritudinem conscientie inferunt: quam horrendis moribus rodunt. Imò ipsi corpori graues adferunt morbos ac dolores; & interdum etiam pudorem & ignominiam, & hac ratione parata quasi pecunia exsoluit in septuplum voluptatem, qua, dum peccaret, fuit affectus; manetque miser stomachus cruditatibus affectus, & afflictus: *t cum satiatus fuerit, ardebitur, estuabit, & omnis dolor irruet super eum.* vt sic locum habeat, quod dixit Sapiens: quia u per qua peccat quis, per hæc & torquetur. ita vt gula & libido carniſces fiant eas admittentis; & quæ voluptatis fuerunt instrumenta, sint & cruciatus. Et quod re tota maxime confirmat est, quod (vt S. Basilius perpendit) id quod Deus ad vitæ conseruationem & humani generis dilatationem creauit, conuertatur in lethiferum venenam, mortem adferens cum infirmitatibus grauissimis, & per modos violentos: quemadmodum apparet in Hebraeis per desertum ambulantibus: quos Deus a morbis praferuauit; vt enim Dauid dixit: *x non erat in tribubus eorum infirmus.* in pœnam tamen gula, & libidinis, violentas, valdeque horrendas mortes sunt perpeffi.

Ex dictis facile intelligitur, quam sit ferox primus hic tentator, eqto infidens rufo indomitæ carnis: quando Deus illi permittit *g'adium suum* vrbare.

brare. Contra quem imit pugnam Dux noster Iesus in suis electis, in quibus & per quos ingreditur vincens vt vincat: quia suis inspirationibus mouet, strenueque adiuuat, vt minores hostes superent: & ita possint etiam maiores vincere: vt scilicet carnalia vitia superantes, possint etiam spiritualia prosterne; & gulam vincentes, libidinem quoque vincant: & hac superata, etiam Iram, Superbiam, & reliqua ferociora vincant.

PRIMUM autem, quod ad vincendum in his pugnis, illis inspirat, est propria imbecillitatis cognitio, ac defectus virium ad vincendum, nisi ipsemet Dominus pugnet & vincat in eis: quemadmodum Salomon, etiam si yfortunus esset animam bonam, ad bona scilicet propensam, corpusq; haberet incontinentem, beneq; constitutum, fatebatur tamen, se non posse esse continentem, nisi Deus hoc ipsum ei daret. Sed distinctius adhuc Apostolus hoc expressit, qui omnium nomine dicebat: *et video aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meae, & captiuam me in lege peccati, qua est in membris meis: Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius, a mortali sc. hoc corpore: qui tamen seipsum consolans statim subiungit: gratia Dei per Iesum C. D. N. Hic Saluator pugnat, vincitq; in me & per me carnem meam. Ipse rufum hunc equum domabit, daemoneq; ipsum gubernantem, vincet: eiusq; gladii hebetabit. Ne timeas, o anima, pugnam inire contra hunc hostem, si Christi temperantia & castitatem amplectaris. Accipe in manu tua eius arcum, adhibens eius verba, & exempla, doctrinam eius, & crucem: eiacularare in carnem tuam sagittas, dicens ei: o misera & caeca: Dominus tuus tibi dicit, a beatos esse qui lugent: *beati autem iis, qui ridet: quia lugebunt & flebunt.* tu vero fletum fugies, risu amas, & quaris, ipse ieiunat in deserto: tu vero quaris, vt indulget comedas, & bibas: ipse in cruce pendens, felle & aceto potatur: & tu cibos & escas quaris magni pretij: ipse ardet igne dolorum & cruciatuum: & tu quetis ardere igne sensualium voluptatum? non ita erit in posterum. Sed quemadmodum ipse carnem suam habet tribus clavis affixam cruci, & ex suis vulneribus sanguinis torrentes fluunt: ita ego meam crucifigam, ieiunijs, verberibus, cilicijs & alijs asperitatibus: sanguinem ipsum, si opus sit effundendo, vt omnia eius vitia & concupiscentias mortificem. vt hac ratione rufum illum colorem, quo iam est tincta, permutem ne in posterum rubeat sanguine peccatorum, sed proprio, quem pro eis effundam; & e agni sanguine, in quo Sancti lauerunt & dealbauerunt stolus suas, corpora scilicet & animas. Et quoniam sanguis hic in sanctis Sacramentis est repositus: eis ego me muniam contra vitia carnis, praecipue sanctissimo altaris Sacramento, in quo castissima & immaculati Agni caro consistit; & d vinum germinans virgines: cuius cibus & potus confortabit carnem meam, aduersus gulam & libidinis tentationes; facietque illam temperantem & castam.*

I.
Diside tibi.

y Sep. 8. 20.

z Rom. 7. 23.

2.

Christum
in carne.
Matt. 5. 5.
Gal. 6. 23.

3.

Mortificatio.

c Apoc. 7. 14.

4.

S. Sacramenta.
Zach. 9. 17.

5. *Imaginatio
frangenda.*
HISCE considerationibus ac remedijs danda tibi est opera, vt hostis gladium ex eius manibus excutias, aut certe hebetere reddas, vim reprimere *imaginationum*, quas in te repente iaculatur, aut ipsa tua phantasia ex se producens est & studens, loco prauarum, bonas proferre. Nam quemadmodum clauus clauo pellitur: ita praua cogitatio pellitur bona; & imaginatio Christi crucifixi, imaginationem pellet delectationis impurae; & ignis infernalis apprehensio, libidinosi ignis representationem extinguet.

6. *e Gen. 23. 25
e cap. 32. 25.*
*Ducis spiri-
tual. tract. 1.
cap. 2.
Deus orati-
one vincen-
dus.*
PRÆTEREA sicut Iacob, cum videret, se persecutionem pati à fratre suo Elau, quod *erisum* significat, recurrit ad orationis remediū, lacrymisque *luctabatur* tota nocte usque mane cum viro, hoc est cum ipso Deo: qui tetigit *neruum femoris eius*, & statim emarcuit: mutauitq; nomen eius Iacob in Israel, dicens: si contra Deum fortis fuisti, quanto magis contra homines praualebis: ita quando experieris persecutionem carnis tuæ, & effrenis huius equi *rufi*, arripe arcum orationis; & iacias ad Deum iaculatoriarum orationum sagittas, quæ eius cor penetrent: & ita vrgere eum perge, donec in tuum veniat auxilium; & carnis tuæ neruus, amor scilicet sensualis, & voluptatum appetitio, cui eius vis innititur, emarcescat: nam, si in Deum eris fortis, orationibus tuis eum deuinciens: praualebis contra tuos hostes, pugnante ipso in te, & per te, ad eos prosternendos.

7. *Occasio vi-
tanda.*
g Ios. 11. 6.
h Mat. 18. 8.
*Otium ner-
uus peccati.*
*Tentatio à
parentibus.*
DENIQUE, quoniam dæmon etiam te aggredietur in *equis rufis* multorum hominum, aut mulierum, helluonum, & impurorum, vt per eos in hæc duo vitia deiiciat: reuoca in memoriam id, quod DEVS D. N. iussit facere Ducem illum Iosue, cum egrederetur ad pugnam contra suos hostes: *g equos*, inquit, *eorum subneruabis*. Ille (ait Origenes) Dæmonis equos subneruat, qui gladio mortificationis neruos abscindit tentationum, carnis scilicet passiones, & exteriores occasiones, quibus illæ aluntur & fouentur. Ideo enim noster Saluator dixit: *h si pes tuus scandalizat te, abscinde eum*, & celeritè *proiice abs te*. Fuge tam perniciosam societatem, & abscinde neruos tuorum affectuum gladio verbi DEI, & rationum, quas attulimus. Abscinde quoque gulæ & libidinis neruos, qui sunt cibi, & condimenta pretiosa, & luauia; & vina remoue pretiosa, & condita, conuiuia, comædias, ludos & aspectus minus compositos, aliaque profana otia, & quæ talibus peccatis occasionem præbent; & ipsam *otiositatem*, quæ prædictorum omnium est *neruus*: & hac ratione tutior eris. Reliqua ad vtrumque hoc vitium pertinentia proponuntur in proprio de continentia & castitate Tractatu. Imponamus tandem huic capiti finem, insinuando inordinatas alias affectiones, quas concupiscentia carnis producit inter parentes, & filios, fratres, & cognatos, qui magis ad literam significantur per *equum rufum*, in quo Dæmon sedebat cum suo gladio, vt Christum D. N. eiusque Discipu-
los

los persequeretur, quemadmodum ipſemet monuit: nec in hanc diem ceſſat; eadem via, & per eoſdem ſuos milites eos tentare & perſequi: qui ad ſtatum Religioſum ſunt vocati: quemadmodum apparebit; cū de eo ſtatu ſermo inſtituetur. Ad eum enim reiſcio, quōd ſpectat ad hanc tentationem, nam inter Chriſtianos illi maxime importunam hanc tentationem ſentiunt, qui agunt de Religioſo ſtatu ſuſcipiendo.

C A P V T VIII.

OCVLRVM CONCVPIſCENTIAM, CVRIOſVM ſcilicet ſciendi deſiderium, ac proprium iudicium, radicem eſſe multarum tentationum contra fidem, & Chriſtianam perfectionem: & quæ ratio- ne illa vincende.



P O ſt pugnas cum carnis concupiſcentia, ſequuntur illæ, quæ habentur cum concupiſcentia, quam S. Ioannes appellat *oculorum*, quæ (vt ait S. Thomas) conſiſtit in deſiderio inordinato res duas conſequendi, quæ in mūdo ſiūt, ſcientiam ſcilicet, & diuitias. P R I M A concupiſcentia appellatur C V R I O S I T A S: quamuis hoc nomen non ſatis eius vim explicet. eſt enim inordinatio illa oculorum, quos peccatum aperuit, cū ſerpens tentans Euam dixit: *b in quocunq; die comederitis ex eo fructu, aperientur oculi veſtri: Et eritis ſicut Dii ſcientes bonū & malū*: qua conſentiente in tentationem, inuaſerunt & occupauerunt eam duæ oculorum concupiſcentiæ valde pernitioſæ. Prima *oculorum* materialium corporis, qui ſtatim appetuerunt curioſè videre res nouas, pulchras & iucundas, quæ corporis lenius recrearent. Et ita addit Scriptura Sacra *vidit mulier quod bonum eſſet lignum ad veſcendum, & pulchrum oculis, aſpectuq; delectabile*. Non abſque cauſa (ait Rupertus) ponitur in textu verbum illud, *vidit mulier*. non quōd priùs non vidiffet arborem ipſam ſcientiæ, ſed quōd tunc curioſis oculis eam aſpexerit, attendens ad omnia, quæ in illa erant: vt aſpectum ſuum, guſtarum, & reliquos ſenſus recrearet. Er ex hac oritur altera concupiſcentia oculorum animæ ſpiritualiū, qui ſcire deſiderant bonum & malum, ſicut D E V S nouit: appetentes ſuperbè & arroganter ſingularem in ſcientiis excellentiam, vt plurima nouerint non curantes, an illa bona ſint, an mala; vtilia: an pernicioſa. Et quamuis concupiſcentia ad oculos aperiendos dirigatur eos tamen multò ampliùs excœcat ingentibus ignorantibus, & erroribus illam comitantibus. Quemadmodum miſera: Eriæ in illa tentatione e-

at. Ioã. 2. 16.
1. 2. q. 77 a. 5

Curioſitas.

b Gen. 3. 5. 6

I.
Videndi.

Li. 3. de Tri-
nit. c. 9

2.
Sciendi.



uenit: nā serpens decipiēdi illam cupidus, ita sermone est autpiciatus: *cecepit praecepit vobis Deus, vt nō comederetis de omni ligno paradisi*: quasi diceret: noli oculos habere ita clausos, nec ita in cumulo, ac cœcè credas, quod Deus tibi dicit, & iubet: sed attende diligentius causam, cur ita praeceperit. Nam callidus hic tentator non vno impetu ingreditur, dicens: falsum est, quod fides reuelat, aut malum est, & ferri non potest, quod lex iubet: sed primum incipit cogitationes dubias aut *curiosas*; suggerens desideria sciendi rationes mysteriorum, aut praeceptorum: vt cum non inuenerint claras incipient *dubitare & tadium* quoddam concipere. Quemadmodum Eua, quando audiuit interrogationem serpentis, cepit cogitare, quid illi responderet: & ita oclum aperuit superbiae, & desiderio libertatis, & tādō, quod se videret ligatam, ne fructum illum gustaret. Et mox iudicium proprium illam postravit in grauissimos *duos* errores, quos in suo responso aperuit, dicens: praecepit nobis Deus ne comederemus, & ne tangeremus illud, ne fortè moriamur. *Primus* error, ait S. Ambrosius, fuit addere praecepto Dei aliquid, quo illud fiebat grauius, & insipidum: quia Dominus noster solum praeceperat, ne comederent ex illa arbore: illa verò addidit: *ne tangeremus*, quasi diceret: est aded graue DEI praeceptum, vt neque tangere arborem permittamur: & sic cepit proprium iudicium facere officium suum, proferendo primum omnium mendacium in toto mundo: quia *d fluxit* (vt ait Dauid) *laborem* intolerabilem in praecepto DEI: & sic preparauit se ad illud non explendum. Mox *secundum* adiecit errorem magis perniciosum, declarando pœnam peccati ex proprio iudicio. Cœpit enim dubitare, an pœna mortis esset *absoluta* sententia, an tantum *comminatoria* ad meritum incutiendum. Et quia hoc secundum magis erat ipsius desiderio conforme, facile inclinauit, vt ita crederet: & propterea respondens dixit, *ne forte moriamur*. Videns itaque serpens felicem primæ suæ tentationis exitum, decreuit in pugna pergere: ita dextrè, vt miseram denique deciperet, quæ proprio suo iudicio initium dederat huic deceptioni. & ita illi dixit: *nequaquam moriemini*. Scit enim Deus, quod in quocunque die comederitis ex eo, aperientur oculi vestri: & eritis sicuti Diis scientes bonum & malum. In quibus verbis pater ille mendacij tria detestanda suggestit. Quod scilicet Deus esset *mendax*, dicens, quod illi morerentur, si fructum illum comederent; & quod esset inuidus, eò quod ex inuidia illud dixisset, ne ad tantam excellentiam peruenirent, vt scirent, quantum ipse Deus: ac denique quod fructus corporalis sumptio sufficeret ad illos tanta *scientia* implendos, vt omnia scirent, & nihil ignorarent. Sciebat benè Satan: hoc totum esse mendacium: at (vt benè perpendit Rupertus Abbas) fecit officium Sophistæ, adhibendo verba dubia, & in duplici sensu. Altero valdè suauis & grato ipsi Eua; altero verò

Damō paulatim transis ad Cur o sitatē Dubitatio nem. Tadium.

L de Adā & Eua suo d. Parad. c. 12. Duo errores. Eua.

d Ps. 93, 20.

2.

Damon v. andax.

Li. 3. de Tri. c. 7. & 8.

peni-

Sophista.

pernicioso & occulto. Verum quidem erat, illos non morituros morte corporali statim, atque fructum prohibitam gustassent: sed cupiebat ipse, vt illa intelligeret, nec animæ morte illos statim morituros, nec postea corporis, sed contra falsum erat, futuros illos tanquam Deos; & cognituros bonum & malum, quemadmodum Deus nouit, quamuis Satan cupiebat, vt Eua ita intelligeret. Sed optabat ipse, illos esse tanquam DEOS, hoc est tanquam Spiritus Angelicos, qui erant *dæmones*: ad quorum similitudinem non solum bonum sed etiam malum scirent; experti malum culpæ & pœnæ, quod illi experiuntur.

ISTI sunt Sophistici astus Satanæ, in quibus cum multi huius sæculi filij imitantur, vtentes verbis, quæ habent plures sensus, ad decipiendum. ita vt in aperto mendacio non capiantur. De quibus Sapiens dicit: *e qui Sophistice loquitur odibilis est, & in omni re fraudabitur.* nam DEVS permittet, vt quemadmodum ipse decipit, ita quoque decipiatur: quamuis satis magna sit deceptio, quod aliorum sit deceptor: quia facit officium dæmonis contra illos.

SED videamus nunc, quomodo se gesserit Eua cum huiusmodi deceptionibus? Nam statim ostendit se prostratam curiosæ oculorum suorum concupiscentiæ, proprioque iudicio: adhibens fidem ei qui loquebatur, & nouam illam doctrinam docebat: non prius examinans quis ille esset doctor. æquum enim fuisset, certiore prius fieri, an *serpens* esset, qui peritiam haberet loquendi; an *Spiritus* alius per illum loqueretur: & an ille Spiritus DEVS esset, an *Angelus*: quod si Angelus; *malus* ne esset, an *bonus*? At curiositas impedit huiusmodi examina: quando is qui loquitur, ea proponit, quæ arrident. Ed enim peruenit hoc vitium, vt multi velint scientes & volentes dæmonem sequi magistrum: vt ipsos doceat Negromanticam, Iudicariam, & Diuinatorem; aut vt illis occulta aliqua, & valde distantia aperiat. Et propterea S. Augustinus ait: multos Philosophos antiquos noluisse admittere fidem Christianam, deceptos vana curiositate egendi cum dæmonibus: & alios, fidem iam habentes, propterea eam amittere, quod recurrant sicut Saul ad negromantica vt manifestaret ipsis, quod scire auent. Sed quid mirum, quod qui assuevit in rebus suis idolum *proprij iudicij* consulere: accedat etiam ad consulendum *dæmonem*? & quod fidem adhibeat dicenti: quæ *proprium iudicium* dictauerat.

HINC prouenit *secunda* Eux ignorantia: quia citò nimis credidit, valdeque leuiter verbis serpentis ed quod essent valde dulcia. cū potuisset valde facile, & paruo examine præmissio, aduertere, ea esse falsa, ac deceptoria.

Vt deceptor
in duplici
lingua.
c. Eccl. 37. 23

T.
Eua ignorans
inceptorem.

Curiosi volunt
decepti.

Lib. de vera
Religio. c. 4.
in 1. Tomo.

Idolum pro
proprij iudicij.

Credidit nimis citò
Eua.

ria. Cùm enim DEVS esset prima Veritas, non potuit mentiri, nec decipere: & cùm esset summa Bonitas, non potuit inuidia laborare. Sed stulta & ignara, ita excœcata fuit splendore externorum verborum: vt non aduerteret latens in eis venenum. Et eadem leuitate, qua credidit, executâ est quod credebatur: accipiendo statim fructum sibi prohibitum. nam superbi & curiosi, vt sunt faciles ad similia credenda, ita sunt celeres ad eadem exequenda: quia Satanas illos sollicitat, vt accelerent: ne aut pœnitudini, aut maiori deliberationi, aut consultationi aditum præbeant.

3.
Eua nullum
consuluit.

ET HIC tertius fuit error Eua: quod fiderit, tantumque proprio iudicio tribuerit, & serpentis suasioni: vt neque cum Adamo conferre voluerit, qui erat ipsius caput, & vir sapiens. Credendum est enim, si, antequam fructum ipsa degustasset, ipsum consuluisse de ijs, quæ serpens suggererat, ille deceptionem & fraudem retexisset: & ita culpa interior non fuisset progressa ad exteriorem: prudentius egisset respondendo serpenti: nolo quod suggeris facere, donec conferam cum viro meo. quamuis dæmon non neglexisset consilium illud nouis fraudibus impedire: quia vehementer horret, quod ipsius suggestiones cum Patribus spiritualibus communicentur: & hunc ipsum horrorem affricat ijs, qui proprio iudicio nimium fidunt, existimantes: se non indigere magistro, & consiliario: cùm possint ipsi reliquis consulere.

A.
Eua tentat
virum.
1. Ti. 2. 14.
Epi. ad Trall.
Ire. l. 3. con-
tra her. c. 31.
Hil. Can. 3.
in Matth.
Aug. in Psal.
68. Vide Pe-
reriū l. 6. c.
3 in id, dedit
que viro suo

ET TUNC error pertingit ad summum fastigium, quod potest: infelice-
nim Eua, cùm tentationi succubisset, euasit in tentatricem; & cùm debuisset esse discipula, voluit esse magistra; & errorem docere, quem didicerat: eundem proponendo Adamo, vt ei persuaderet, quod ipsa crediderat. quem facile vicit: nam in hac pugna coniunxit dæmon concupiscētiam oculorum carnis concupiscētia: & voluntas ac desiderium vxori placendi, illum impulit vt fructum gustaret. Et quamuis Apostolus dixerit: quod Adam non fuerit seductus immediatè à Serpente: at, vt S. Ignat. Martyr, & alij Sancti Patres dicunt, fuit tamen aliquo modo seductus per Euam: cuius verba eū pro-uocarunt ad motus superbiæ, & curiosam oculorum concupiscētia: qua fructus illius virtutem experiretur, non nihil hæsitans, an mortis sententiâ, à DEO prolata, esset tantum comminatoria: siquidem Eua, quæ iam commederat, non fuisset mortua.

§. I. De Serpente qui est secundus tentator.

a Apoc. 6. 5

SERPENS hic, cuius fraudes retulimus, est secundus tentator: quem S. Ioannes vidit a sedentem super equum nigrum, & habentem staterâ in manu sua: vt aggredere ac deciperet Christianos: quos nunc per seipsum, nunc per alios homines aggreditur. Cùm per seipsum id facit, sicut est aggressus Euam: niger eius equus est, proprium, eius qui tentatur, iudicium; cùm illi

for-

fortiter valde addictus, complacet sibi in scientia & prudentia sua. Quod iudicium bene appellatur *equus Satana*: is enim eius dirigit dictamina; deductaque ad omnes errores ac deceptiones, quas intendit. Exprimuntur autem tales apud nigro colore: quia iudicium proprium est ignarum, imprudens, & cæcum: quamvis maxime putet, se clarissimos habere oculos ad videndam veritatem; ac propterea recte de rebus iudicare. Quamobrem teneator, *habebat stateram in manu sua*, quasi iactaret veritatem, & iustitiam, scientiam & sanctitatem sectari: quibus tentationes suas occultat, ut facilius decipiat: quia eius *statera falsa est ac dolosa*: ideoq; quidquid in ea ponit, falsitas est & iniustitia, cum titulo tamen *fidelitatis*: quia asseuerat, se optime rem considerasse, ac perpendisse. Ex quo fit, ut quando hac ratione decoperit viros aliquos graues, & qui magnas habent naturales dotes, aut superbe præsumunt de sua eruditione, & sanctitate; eis dæmon insideat tanquam equis nigris, ut reliquos tentet ac decipiat. Huiusmodi fuerunt omnes Hæresiarchæ, ut Arius, Lutherus, Calvinus, falsique alij magistri, peruersas doctrinas contra bonos mores docentes; conantes irritare aut imminuere quod Christus D. N. in suo docuit Euangelio, qui huiusmodi tentationum nos monuit dicens: *videite, ne quis vos seducat. Multi enim veniunt in nomine meo; dicentes: ego sum Christus. Et multos seducunt. Surgent enim Pseudochristi & Pseudopropheta, & seducem multos*: & idem monet Apostolus: *nemo vos seducat in ambu verbis, d veniens in humilitate & religione Angelorum, quasi nuntius DEI, docens, que nunquam vidit, aut audiuit, frustra inflatus sensu carnis sue, & c discedens a fide & doctrina Christi & attendens spiritibus erroris & doctrinis demoniorum, in hypocrysi & fictione, loquens mendacium cauteriatam habens conscientiam*. Huiusmodi etiam sunt multi filij huius sæculi, per quos aggreditur nos dæmon; prouocatque ad id, quod mundus decreuit, expedire: à proprio enim iudicio decepti, illud tanquam verum & sanctum approbant. De quibus idem Apostolus dicit: *serunt homines seipos amantes, cupidi, elati, superbi, blasphemii, voluptatum amatores magis quam DEI: habentes quidem speciem pietatis, virtutem autem eius abnegantes. qui penetrant domos, & captiuas ducunt mulierculas oneratas peccatis, que ducuntur variis desideriis: semper discentes & nunquam ad scientiam veritatis peruenientes*. Omnes hi miseri & infelices, qui ipsi decepti, student etiam alios decipere, innituntur nigro suo & stulto iudicio proprio, quod ipsis est pseudochristus, & pseudopropheta. nam quiquid illud suggerit existimant, Christum D. N. aut Prophetam aliquem illud suggerere, ac reuelare. Et hoc modo, ut dixit S. Petrus, *deprauant Scripturas Sacras ad suam ipsorum perditionem*: cum eas non intelligant, sed torquent secundum iudicium suum, seipos & alios

Proprij iudicij nigredo.

Statera eius falsa.

b. Mat. 24. 4. 24.

c. Eph. 5. 6. d. Col. 2. 18. e. 1. Ti. 4. 1.

Seducitores equi Satanae.

1. 2. Tim. 3. 1.



decipientes mendacijs & erroribus, quos ex eis hauriunt: quia eas non intelligunt.

g Osee 12. 7.

De nomini
bus hebr. in
Nu. & Gen.

Cupidi sta-
tera infida.

h Apoc. 6. 6.
Ribera hic
eos citat.

Demon ali-
mentum
subtrahit.

Tract. 1. c. 6.
& 8.

1.

i Job. 31. 1.
Oculi iusto
diuadi.

Tr. de Grad.
humilit.

Hoc satis indicat & manifestat ipsum tentatoris in signe: qui ueniens in equo; *stateram* tamen habet in manu: manifestum est autem, equitem, maxime si equus sit petulans, nihil posse fideliter ponderare: ut qui non possit manum firmam tenere. Et propterea dixit Oseas: *g stateram in manu Chanaan esse dolosam*, quæ vox (ut Sanctus Hieronymus ait) significat *momentum se ab una in alteram partem*: ideoque infideliter & fraudulentè ponderare. quamobrem superbus quisque, & cupidus, & passione aliqua affectus, & qui proprio solo iudicio ducitur, si accipiat in manu *stateram Sacrae Scripturae*, & rationis, ut ponderet quæ dicit, aut facit, non ponderabit fideliter: quia ipsum *stateram momentum* semper mouetur, & *statera* trahitur ad id, quod exigit honor, uilitas, aut voluptas; & ad id, quod proprium iudicium illi dicat. quare omnia torquet trahitque ad id, quod delectat. pondus enim affectionum trahit post se ipsas rationes.

SED quis stragem explicare poterit, quam hic tentator nigro suo equo adfert: idem ipse DEVS hoc Euangelistæ reuelauit, cum ait: se, statim atque equus ille niger prodierat, audiuisse uocem dicentem: *h bibbes tritici denario, & tres bilibres hordei denario*. hoc est *duæ libræ tritici & tres hordei denario* uenduntur. cuius sensus (ut multi Patres declarant) est, dari poterit. *cedenti in nigro equo*, ut uaster tritici & hordei melle: non omnino, sed magna ex parte. ita ut ingens fames, & annonæ caritas in terra sequatur. quid autem hoc sibi uult: nisi quod prædixerit DEVS, ex oculis suis iudicijs, Tentatorem hunc deceptionibus & fraudibus suis ex magna mundi parte ablaturum *verum animarum alimentum, fidem scilicet & doctrinam Catholicam*, tam subtiliorem & sublimiorem, quæ per *triticum* significatur: quàm communem & uulgarem, significatam per *hordeum*: ut sic ingens illa fames oriatur, cuius u. primo Tomo fecimus mentionem. Non tamè permittitur omnino, hanc messem deuastare: nam, in eius despectum, semper in Ecclesia erit *verum hoc alimentum* pro fidelibus filijs, quibus ipse non poterit nocere.

CONTRA hunc tentatorem, cum te inuaserit, oportet te strenuè pugnare, *oculos equi nigri dextrè frangendo*. *Primum* ergo mortificanda est cupiditas oculorum *corporalium*, incundo *in cum eis fœdus*, sicut S. Iob, ut claudantur suo tempore: ne ingrediantur per illos malæ cogitationes. Quod si curiositas te urgeat, ut eos aperias ad res nouas & pulchras: mortifica illam, dicēs cū S. Bernardo: cur uidere uis quod non licet optare? quod si non est culpa illud uidere; est saltem culpæ occasio, & indicium curiositatis. Cautior esto ex lapsu Euz, quæ fructam aspexit, quæ nō poterat sine

pecca-

peccato comedere; & post aspectum, extendit manum ad illum accipien-
dam, & per oculorum fenestras & aurium ingressa est mors culpæ, & latro,
& qui depraedatus est innocentiam.

ET STATIM acriorem adhuc pugnam inibis cum concupiscentia ocu-
lorum *spiritualium*, refrænans inordinata sciendi desideria, quæ sunt socij
suberbia appetentis excellentiam *scientiarum* qua *inflant*. Amplectere A-
postoli consilium dicentis: *in non plus sapere quàm oportet: sed sapere ad sobrie-
tatem: ut satis tibi esse existimes* (vt ait S. Thomas) scire res bonas & viles;
& quæ tuæ capacitati & statui sunt conformes, & in finem bonum, & cum
affectu ordinato. Et vt Ecclesiasticus ait: *in altiora te ne quaesieris, & fortiora te
ne scrutatus fueris*. ne tuis rationibus metire fidei mysteria, aut occulta De i
iudicia, aut præcepta in rebus, quas ipse non reuelauit, vultque nobis esse
occultas: ad hæc enim omnia elaudendi tibi sunt oculi, & intellectus capti-
uatus, ad credendū quod fides docet, & exequendū, quod iubet lex. Et quā-
do infernalis serpens aliquid contra hæc dixerit, aut aliquid interrogauerit.
aut dubiū proposuerit: noli in disputatione cū eo descēdere, sicut Eua; nec fa-
miliariter cum eo agas, aut hæreas de ijs cogitando, quæ dicit: nec quidem vt
responsum illi des. Non enim alio responso est opus quā ipsi fidei verbis &
legis: nihil addēdo, aut minuēdo, aut mutādo, aut dubitādo: sed dicendo illi:
hoc dicit Deus: hoc præcipit: hoc credo, & hoc volo: sufficit. n. quod ille di-
cat, & mander: vt illud censeatur verum & sanctum. Et quamuis ipsa met fi-
dei veritates tibi dicat, ne illum tanquam Magistrum acceptes. nam qui te a-
deò odit, semper suspectus esse debet, quod ad tuam tendat perniciem.

HINC tertium documentum sequitur, vt vigilantissimè aduertas,
quis Magister sit, qui te doceat, & loquatur, siue internè, siue externè:
quandiu eum non noueris. Ne forte sit Dæmon, qui in aliquo equo nigro
sedet, vt te decipiat statera, quam habet in manu: propterea enim dixit S.
Ioannes: *o nolite omni Spiritui credere, sed probate spiritus si ex Deo sint, quoniam
multi pseudoprophetae exierunt in mundum*. Et idem monuit Christus D. N.
dicens: *attendite a falsis Prophetis, qui veniunt ad vos in vestimentis ouium
intus secus autem sunt lupi rapaces, a fructibus eorum cognoscetis eos*. Si vis nosce-
re nigrum falsi magistri equum: non aspicias externum eius colorem:
quia multi sunt quali q̄ sepulchra exterius dealbata; quæ tamen intus sunt ple-
na ossibus mortuorum foetidissimis: quorum nigredo latet in abscondito. A-
spice diligenter: an sit equus petulans & effrænis; ducaturque à suis passio-
nibus, & cupiditatibus; voluptatibus addictus, curiosus, superbus, perti-
nax: & ex his fructibus agnosces, eilè falsum Prophetam; falsamque stae-
ram, quam gestat in manu: & quod non fideliter ponderet, quod di-
cit: eò quod ab eius passione statera inclinet ad partem, quam ille

Z. 2

vult:

k Ter. 9. 21.
S. Greg. 21.
Mor. c. 2.

2.

1. Cor. 8.
1. Ro. 12. 3.
2. 2. 1. 167.
n. 1.
n. Eccl. 3. 22.

Curiositas
frenanda.

Cum Dia-
bolo ne dis-
seras.

3.

1. Ioan. 4. 1

Mat. 7. 15.

Mat. 23. 27

Fide sed cui
vide.

r Eccl. 21. 28.
c Ose. 12. 7.

vult: Verba & opera verorum magistrorum prudentium, & sanctorum (quæ admodum ait Ecclesiasticus) vera statera ponderabuntur, non sicut fœlta Chanaan, sed pondere sanctuarij stabili, quod est in manu Christi, eiusque Ecclesiæ, & verorum eius Prælatorum.

4.
In Duce spir.
Trat. 4. c. 7.
t Jos. 11. 6.
Proprium
iudicium
causæ.
u Pro. 3. 5.

PRÆTEREA, si deceptorem hunc velis superare: nunquam debes proprio tuo iudicio fidere. Nā vt alio loco diximus) illud est fons omnium deceptionum, eritque contra te niger equus dæmonis: sed debes illud statim subnuare, neruosque rationū eius frangere, quibus ille nititur, cōtemnendo phantasticas tuas rationes, & mortificando vanitatis ac superbiæ appetitum: ex quibus oritur vt placeant tibi, quæ tu iudicas, & sentis. u Ne unquam innitaris prudentiæ tuæ, ait Sapiens, nec leuiter mouearis, vt facias, quæ illa dicit: alioqui à tali Duce in pugnam deductus, facile succumbes. quemadmodum illi milites, de quibus Scriptura Sacra dicit, x multos occidisse in bello, eò quod sine consilio exiissent in prælium. deniq; oportet profundas mittere radices in Fide, vt sis firmus, ita vt, quemadmodū Apostolus dicebat, y Christus habitet per fidem in corde tuo in charitate radicatum & fundatum, cum certo decreto nihil credendi, nec admittendi cōtra illam: quemadmodū idem

x. 1 Mac. 5. 67

y Eph. 3. 17.
Fide sta.

z Gal. 10. 8.

Apostolus Galatis in fide dubitantibus dicebat: z licet nos, aut Angelus de caelo euangelizet vobis, præterquam quod euangelizauimus vobis, Anathema sit, & vt tale repellite. Hoc igitur spiritus feruore, tale quid obijcienti dæmoni, respondere poteris: si possibile esset, vt Angelus aliquis, aut Apostolus aliquid mihi diceret ijs contrarium, quæ fides me docet: nullo modo illi consentirem, quantò igitur minus admittam, quod tu hostis meus mihi dicis: quod si pellem Apostoli indueres, aut laruam Angeli lucis, vt me deciperes: nullam tibi fidem adhiberem. cum etiam si reuera vnus ex illis esses, nō tibi crederem. Hunc loquēdi modum adinuenit magno feruore S. Apostolus: non quod sit possibile: Apostolum, aut Angelum aliquē nos decipere; & aliquid contra id, quod fides docet, nobis proponere: sed vt firmitatem declararet, qua hostibus sit resistendum; qui vestimenta induentes Apostolorum Christi, aut Angelorum cœlestium, nos conantur decipere.

Idē habet. 2
Cor. 11. 23. 15
Rom. 8. 38.

Apoc. 6. 6.

FERVOR hic est præclarissima dispositio, ne DEVS permittat, te à tali hoste decipi. quæ admodum S. Euangelista Ioānes insinuauit, cū dixit: vocē illam cœlestem dixisse insidenti equo nigro vinum & oleum ne leseris, prouidentia enim DEI nostri, quæ stateram habet in manu sua fidelissimam, qua omnia ponderat: limitat, vt supra est dictum, huius tentatoris potestatem; nec permittit, vt statera sua falsa decipiat quoscunque voluerit; aut tangat, quos ipse exceptit, veros scilicet ac feruentes Ecclesiæ Catholicæ filios: quæ vinea est, & electum IESV Christi oliuetum: in quo iusti & perfecti viri tanquam vites & oliuæ non steriles, sed fructuosæ plantatæ sunt quia non

sola fide, aut solis verbis contenti sunt, sed student feruens amoris DEI VINUM, & præstans, copiosumque oleum misericordiae in proximum proferre. Eo vino corroborantur interius, oleo verò tanquam luctatores vnguntur exterius: vt in vtrisque pugnis internis & externis, hostes suos superent; suasque lampades hisce bonis operibus fouent: vt fidei lumen & charitatis ignis ardeat semper: quarum lumine statim, atque dolosa tentatoris statera apparere incipit, eam nouerint, ac reijciant: Ad quod præstandum DEVS implet illos illustrat, & adiuuat. Hoc enim est prohibere tentatorem à ledendo vino & oleo, quæ ipse sub sua accepit protectione.

CONCLVDAMS prædicta omnia, indicando vltimum nostræ consolationis motiuum pro calamitosis temporibus, in quibus versamur: perpendetes protectionem DEI nostri erga suam Ecclesiam, contra quam non poterunt preualere omnes inferni dæmones: etiãsi omnes adferat stateras dolosas; & innumeris infideant equis nigris ferocissimis. Omnibus enim illis dicit DEVS: *vinum & oleum ne leseris.* hoc est: non datur tibi potestas, vt in Ecclesia *ledas vinum & oleum* Sacramentorum, quibus pius a Samaritanus vulnera curat peccatorum; nec poteris vinum & alimentum sacrarum scripturarum auferre; nec bonorum operum fructum; nec impedire, quin plurimi sint viri seruantes, sapientes, ac sancti qui fraudes tuas nouerint, ac retlegant. Et quamuis tempore Eliæ aded creuerit persecutio, vt videretur sibi solus relictus: DEVS tamen dixit illi: *b relinquam mihi in Israel septem millia virorum, quorum genua non sunt curuata ante Baal.* Et tempore Antichristi, qui futurus est equus ngier omnium, quos dæmon habebit, ferocissimus, quãdo is omnes suas vires & potentiam intendet, vt statera sua dolosa homines decipiat: erunt plurimi homines aded constantes, vt ipsius congressus retundant, nec velint signum characteris ipsius accipere: vt illæ sum seruent characterem & amorem Christi. Et quantumuis sollicitus nunc excurrat in suis nigris equis, per Angliam, & alias regiones septentrionales: in eisdem tamen locis conseruat, & tuetur DEVS vites & oliuas multas, quibus non potest Sathan nocere & in ipsius despectum erunt plurimi fideles seruantes, qui fidem propugnent, & Religionem Christianam, eiusque splendorem & sanctitatem conseruent.

C A P V T IX.

TENTATIONES EX CONCVPISCENTIA DIVITIARVM:
& ratio contra eas pugnandi.

NON est minus ferox quàm præcedentes, pugna tentationum, quam excitat *concupiscentia oculorum*, quæ diuitiis fouetur & alitur. quæ duplci via homines inuadit: altera est inordinatum eas *acquiriti* desiderium, qua via & pauperes, & diuites

Electos ser-
uat Deus.

a 24. 10. 34.

b 3. Reg. 19.
18.
Deus pote-
statem De-
monis ar-
stat.

inuadit: *pauperes* quidem prætextu prospiciendi necessitatibus, quibus premuntur: *diuites* verò quia nunquam satiantur, sed semper diuitiores efficiunt. Altera via est, inordinatus earundem diuitiarum, quæ iam habentur, *usu*, quia exponuntur in delicijs, voluptatibus & pompis huius vitæ: & hac via oppugnat diuites sibi indulgentes, ac superbos. Primos congregatus licet declarare eadem visione, quam proximo capite retulimus, a quo scilicet *nigri*, cui *Dæmon insidebat*, habens *statera in manu*. Optime enim color *niger* competit furiosæ *auaritiæ* passioni, ut porè innumerabilium deceptionum causa. Omnia enim ponderat *b dolosa statera Chanaan*: propendente semper statera in eam partem, in quam inclinatur cupiditas & auaritia. id apte significat ipsum nomen *Chanaan*; quod non solum significat *se mouentem*, ut supra diximus; sed etiam *mercatorum* & *negotiorum*: ut ex hoc intelligatur: cupiditatem, quæ in huiusmodi hominibus regnare & præualere solet, causam esse, cur *dolosa statera* omnia ponderentur, ad alios decipiendos quo possint ipsi diuitias sibi accumulare. Cupiditas enim est, quæ *propriis necessitatibus* dolosè ponderat, nimium eas exaggerando: ut occasionem habeat, plura bona fortunæ acquirendi, ut sibi prospiciat. Eadem ponderat rerum *valorem*: proprias magni, alienas verò parui faciendo: ut carè vendat, vili verò emat. Ponderat fraudulenter *ius* in litibus & negotijs; retorquendo iustitiam in proprium commodum, & proximi damnum. Et quod peius est, ipsas *virtutes*, ac *Dei veritates* infideliter ponderat. vilius eas æstimando, quàm ipsa bona temporalia. Et eò peruenit, ut contemnat *charitatem*, & *misericordiam*, ac *iustitiam*; inò interdum ipsam etiam *Fidem*. Nam ex auaris huiusmodi cupidisque hominibus accipit *Dæmon* magistros falsos, ac deceptores: quorum opera, tanquam *nigris equis* utitur, ad tentandum, ac decipiendum iustos ac simplices: quemadmodum *Scribæ* & *Pharisæi* auari ex cupiditate oblationum decipiebant plebem, dicentes: præstare *c munera offerre templo* Domini; quam eadem dare parentibus, etiam in necessitate constitutis. Siquidem *Dæus* magis esset ipsorum Pater, quàm ipsi carnales. Huius tentatoris ferocitatem ac damna, quæ infert per auaritiam, declarauit *Apostolus* his verbis: *d habentes alimenta & quibus regamur, his contenti sumus. Nam, qui volunt diuites fieri, incidunt in tentationem, & in laqueum diaboli, & desideria multa inutilia, & nociua: que mergunt homines in interitum & perditionem. Radix enim omnium malorum est cupiditas: quam quidam appetentes errauerunt a fide, & inseruerunt se doloribus multis.* Hæc dixit sanctus *Apostolus*: ut animam nobis adderet contra cupiditatem pugnandi, ob innumera damna, quæ ex ea oriuntur. Siquidem eo ipso quod inordinate appetas esse diues: hæc appetitio est tibi tentatio & laqueus *Satanæ*; quo ille te raptat, donec in gra-

a Apoc. 6.5.

b Osee 12.7.

Nigra auaritia statera fraudulenta.

c Mat. 15.6.

Auaritia damna. d. Tim. 6.8

uillim

missima peccata precipitet. Præcipue in ea, quæ S. Gregorius *auaritia filias* appellat, prodiones, fraudes, fallacias, perueria, inquietudinem, violentias, & contra misericordiam obdurations cordis. Quemadmodum infelix Iudas, hac cupiditate victus, Magistrum suum vendidit triginta argenteis: & cum auaritiæ laqueo à Satana teneretur, incidit in laqueum desperationis, & e laqueo se suspendit, crepuit medius, & diffusa sunt omnia viscera eius in morte, eò quòd ea sponte diffudisset in vita, deponens viscera misericordiae, iuxta illud Sapientis: *f qui amat pecuniam, animam suam venalem habet: quoniam in vita sua proiecit intima sua.* Cui autem animam suam vendit, nisi Dæmoni, qui eam comparat pretio peccatorum, quæ ipse facit, vt pecunias habeat? quomodo autem intima sua proiecit, nisi qui non miseretur animæ suæ: nec alienæ miseriæ compatitur?

Quid verò dicam de innumeris desiderijs, quæ Apostolus vocat inutilia? cupidi enim sæpè desiderant res impossibiles, aut difficillimas; & sese occupant ad inueniendis medijs, etiam prohibitis, vt voti compotes fiant. Sed omnia tamen sunt illis *inutilia*; quia re ipsa non obtinebunt, quod optant: quia negligunt Sapientis consilium monentis: *g ne erigas oculos tuos ad opes, quas non poteris habere: quia facient sibi pennas quasi Aquila, & volabunt in caelum.* Et quamuis oculi tui ac desideria volent post huiusmodi opes, alitè illa volabunt, vt ne videre eas possis, & ita defatigatus & deceptus manebis, & Ecclesiasticus: *h fili, inquit, ne in multis sint actus tui, hoc est, ne te effundas ad multa, vt fias diues: & si diues fueris, non eris immunis à delicto. Si enim secutus fueris diuitias, non apprehendes: & non effugies paupertatem, etiam si fugiens praecurreris.* hoc enim à diuina providentia potius, quàm ab industria cupida dependet: propter quam puniet te Deus, auferens e manibus rem ipsam, etià cum proxime esses, vt illam apprehenderes. Quod si etiam apprehendas: numquid desideria tua desinent propterea esse inutilia? satis certè inutilia sunt, quæ tuam cupiditatem non exsatiant. Diues enim cupidus semper iudicat se esse pauperem: ac propterea cupit amplius ditari; & quid quid comparat, parum iudicat i auarus enim, vt ait Ecclesiastes, *non implebitur pecunia: & qui amat diuitias fructum non capiet ex eis.* Et licet temporale aliquid commodum ex eis accipias: adhuc tua desideria erunt inutilia. Siquidem non accipis *spiritualem* utilitatem pro anima tua; sed magnum detrimentum, iuxta illud Sapientis: *k quid prodest stulto habere diuitias? aut interroga ipsos damnatos, & respondebunt: l quid nobis profuit superbia? aut diuitiarum iactantia, quia contulit nobis, transierunt omnia illa tanquam umbra, & tanquam mutus percurrens; & tanquam nauis, qua pertransit fluctuantem aquam: cuius cum praterierit, non est uestigium inuenire, neque semitam carnis illius in sordibus: aut tanquam avis, qua transuolat in aere, cuius*

nullum

Auaritia.
filia.
Lib. 31. Mor.
c. 17.
S. Thom. 2. 2.
q. 618. a. 8.
c. 1. 18.

f *Ecl. 10. 10*

Desideria
inutilia.

g *Prov. 23. 5*

h *Ecc. 11. 10.*

Vel non ac-
cipies.

Vel non sa-
tiaberis.
i *Ecl. 5. 9.*

k *Prov. 17. 16.*
Sa. 5. 8.
Et anima
frandatur.

nulium inuenitur argumentum uteris, nec utilitatem aliquam reliquerunt in loco, in quo erant.

Desideria
nocua.

m Jac. 4. 10.

Ser. de S.
Philogono.
10. 3.
Meum &
tuum.

n 3. Reg. 21.
10.

o Lu. 16. 22.
Cruelitas
diuitem.

Refertur di-
stinct. 80. c.
Pasce. Serm.
ad diuites
auaros.

Etiā in a-
nimas pau-
perum.

SED non tantum hæc desideria sunt inutilia, sed addit Apostolus, etiam nocua: non solum animæ illa habenti, sed cæteris quoque hominibus, quibus studet auferre bona, quæ habent, ut sibi illa retineat, & ita dicitur: etiam per media crudelia & nociua, & idem asserit S. Iacobus Apostolus. m *Vna* (inquit) bella, & lites in nobis? Nonne hinc ex concupiscentiis vestris, quam militiam in membris vestris? Concupiscitis & non habetis, occiditis, & zelatis: & non potestis adipisci: litigatis, & belligeratis, & non habetis. Petitis à Deo, & non accipitis, eo quod male petatis, ut in concupiscentiis vestris insumatis. Hæc omnia vobis eueniunt, ut in vestris concupiscentiis pereatis, & ipsemet consumunt, quæ vos maxime oblectant & ipsas fortunas, dum tot lites propter eas excitatis. Hæc cupiditas introduxit in mundum verbum illud quod S. Chrysostomus frigidam appellat MEVM & TVVM. Quod verbum causa est innumerabilium bellorum, & omnium malorum, quæ sunt in hac misera vita. Frigiditate enim sua charitatem destruit: & volens quisque sibi, quod est alterius, lites excitat, an sit MEVM, an TVVM: & hoc nomine nec pax est, nec vnio, aut pietas Christiana. Et quia dedit est crudelis, ut, quod aliorum est, accipiat: quomodo erit misericors, ut, quæ ipse habet, illis largiatur? Si est lupus alienorum rapax: quomodo erit omnia pia, ut indigentibus det lanam suam, & lac quod habet? quis crudelior fuit n *Lazabellam Nabot*, in quem falsum testimonium dici curauit, ut vita priuaretur, & sic ipsa eius vinea potiretur? quis crudelior o diuitem illo epulone in pauperem *Lazarum* famelicum, & vlcibus plenum: quæ potius præ fame mori permisit, quam vel micas mensa sua illi dari curaret? & illa quidem, eod quod crudelia habuerit viscera, fuit à canibus deuorata: hic, quod non sit compassus ei, cuius vlcera canes lingebant, vritur in horrendis flammis. Et merito quidem uterque horrendum subit supplicium: qui ad eod crudeles se exhibuerunt in proximos, aut occidendo, ut spoliarent aut permittendo mori potius, quam eis subuenirent. Nam, ut ait S. Ambrosius si non passisti, occidisti. & S. Basilius: in tot, inquit, rebus iniuriam infers, quot posses illi subuenire & non facis, quando grauis eius necessitas id vrget: tunc enim panis, quem tu habes, iure quodam pertinet ad esurientem; & vestis, quam superfluam custodis, pertinet ad nudum; & argentum, quod possides, ad indigentem; cum autem his iniurijs illos afficis: non solum, quod in te est, illorum corpora occidis; sed animas etiam spoliando illas vita Charitatis, quam amittunt odio, impatientia, imprecationibus, alijsque peccatis, quæ admittunt, ut de illatis sibi iniurijs vlciscantur. Mitis valde patiensque erat Dauid, & magnus iniuriarum condonator, quas accipiebat à Saule, ad mortem ipsum querente: at cum vidit,

se neces-

in necessitate premi, recurrit, vt supra perpendimus, ad Nabal hominem diuitem & potentem, magna animi demissione petens, subsidium aliquod, intuitu saltrem suorum seruitiorum, quæ præstiterat, defendendo eius pastores, & gregem in deserto. Sed Nabal homo durus, ferox, & malitiosus respondit contemptum: *p quis est Dauid? & quis est filius Isai? hodie increuerunt aut crescere præsumunt seruis qui fugiunt Dominos suos. Tollam ergo panes meos, & aquas meas, & carnes pecorum, quæ occidi consortibus meis, & dabo vris, quos nescio vnde sint? quo responso audito, qui iniurias aliàs facile condonabat, hæc non potuit tolerare: & an Dauid pueris suis: accingatur vnusquisque gladio suo. Et secutus sunt Dauid quasi quadringenti viri, quibus dixit: vere frustra seruani omnia, quæ huius erant in deserto, & nunc reddidit mihi malum pro bono. Hac faciat Deus inimicis Dauid, & hæc addat, si reliquero de omnibus quæ ad ipsum pertinent vsque mane. Quod quidem perfecisset, vt statuerat, nisi prudens Abigail vxor ipsius Nabal, venienti occurrisset; & quæ prius petiuerat obtulisset, extinguendo hac sua liberalitate iram ignem, quem vir eius Nabal auaritia sua accenderat; adferens etiam qualemcunque exculationem acceptam ex nomine ipsius Nabal, quod interpretatur stultus, & quod iuxta nominis significamentum stultitia fuerit vltus in eum, qui tanta premeretur necessitate, placatus Dauid acquieuit sermonibus Abigail, non tamen placatus fuit DEVS; sed vltus est iniuriam, quam Dauid remiserat, cum enim intellexisset Nabal, quæ gesta erant, emortuum est cor eius intrinsecus, & factum est quasi lapis. Cumque pertransissent decem dies, percussit Dominus Nabal & mortuus est: Et ita amisit vitam, & cum ea etiam bona, quæ tanti faciebat. Quis igitur non videat hic ingentia damna quæ adfert auaritia? cuius filia, vt S. Gregorius ait, est cordis durities ad faciendam misericordiam? & quis etiam non videt, quam aptè auaro conueniat nomen Nabal, quod, vt diximus, significat stultum: qui tot facit stultitias à propria cupiditate excæcatus? iure optimo dixit Sanctus quidam: amorem pecuniæ esse tenebram amentiam, & spiritus cecitatem: siquidem apertis omnino oculis labitur in adeo magnas stultitias. TRES certè valde solennes ostendit Nabal in egentem Dauidem; & totidem facit auarus in quemcunq; egentem, in quo est Christus, petens paupertati suæ iuuuari. Prima stultitia fuit, nolle agnoscere eum, qui fuisset in eum adeo beneficus: dixit enim quis est Dauid? non noui unde sint isti homines. Secunda fuit, loco elemosynæ petiæ reddere verbum contumeliosum, vocans per contentum Dauidem seruum fugiuum. Tertia fuit, timere, quod si aliquid daret eorum, quæ petebantur, defuturum esset suis famulis & consortibus, cum adeo esset diues, vt extructe conuiuium in domo sua, quasi conuiuium Regis. O cæcam auaritiam! o cupiditatem stultam! o viscera crudelia, non solum in pauperem, sed in*

To. 1. tra. 1.
c. 7. par. 10.p. 1. Reg. 25.
10.Dauidis in
dignatio.Dei vindi-
ctæ.Lib. 3. Mor.
cap. 17.
Auarus
stultus &
cæcus.S. Chryso-
stom. 15. in
perfecti in
maest.Tres iniuri-
arum.

Qui duro
est corde in-
durabitur.

q Psal. 57. 11

iplum etiam DEVM, qui petit per os pauperis, quam iuste verus DAVID
Christus D. N. indignabitur, dicetque Angelis iustitiæ suæ ministris: fru-
stra seruauit bona fortunæ huius auari in mundi deserto: ego illi ea dedi, cõ-
seruauit, & auxi; ego ea defendi à furibus, infortunijs, & in numeris pericu-
lis: & nũc peto exiguum quid ex his, quæ ego ipsi dedi, pro meis pauperu-
lis: qui meo nomine illud petunt: & cum deberet eos iuuare, & fouere; in-
dignatur & iniurijs excipit; negatque quod petunt: & cum sit alias prodi-
gus in suis rebus vānis: aded se parcum exhibet in subleuandis pauperibus:
timens ne non habeat satis pro suis famulis. Cum igitur mihi tantum red-
dat pro bonis quæ illi contuli, deseram eum ac permittam cor eius emori,
& instar lapidis ad omne bonum *indurescere*: qui lapidem se exhibuit erga
proximum, & eodem die vitam finiet, & bona simul & animam perdet. Hic
est infelix auari hominis finis, ob iniustitiam & crudelitatem eius in proxi-
mum: vt omnium crudelitatum pœna recidat in caput eius, qui illas fecit;
vt q *latetur iustus cum viderit huiusmodi vindictam*: quemadmodum fecit hic
Dauid: quia plurimum eminet DEI iustitia, cum peccatores punit pœna eo-
rum peccatis proportionata.

§. I. *Vberior malorum ex cupiditate manantium considera-
tio.*

a 1. Tim. 6.
10.

1. 2. q. 84. a. 1

Cupiditas
radix pecca-
torum.

b Eccl. 10. 19

c Pro. 30. 7.

d Titi. 1. 16.

e Ephes. 5. 5

SEd adhuc vterius cupiditatis mala progrediuntur, semperque cen-
sebimur parci in eis referendis: cum dixerit Apostolus: *a radicem om-
nium malorum esse cupiditatem*: quemadmodum enim *radix* arborem totam
nutrit, ramos, folia, & fructus: ita, ait S. Thomas, *vita peccatorum est ar-
bor quædam*, cuius *rami* sunt habitus vitiorum: *folia*, verba mala; *fructus*
verò, praua opera: omnia tamen aluntur & fouentur à *cupiditate*. Nullum
enim est peccatum, quod non faciat cupidus, vt diues euadat: & cum talis
euasit, b *pecunia*, cui *omnia obediunt*, est illi fomentum, vt omnia ma-
la desideria, & conatus exequatur: præcipitando se in omne genus vi-
riorum, donec non solum charitatem & iustitiam, sed ipsam quoque *fi-
dem* abiciat, quæ vitæ spiritualis & Christianæ religionis est fundamen-
tum. Benè hoc periculum nouerat Sapiens ille Rex, qui cum adhuc San-
ctus esset, petebat à Deo: *c diuitias nimias ne dederis mihi: ne forte satiatus il-
liciar ad negandum*, & *dicam: quis est Dominus?* nam licet illum non ne-
gent amittendo fidem: multi tamen eum d *factis ipsis negant*, incidentes
in miserandam auaritiæ idololatriam. Quam Apostolus e *idolorum serui-
tutem* & adorationem appellat. Et non dicit vnus idoli, sed multorum:
Nam & *idolo ventris & inanis gloriæ seruit*: quamuis præcipitum, sit i-

plâ pe-

pla pecunia, de qua vnus idololatria dixit, *f diues factus sum, inueni idolum mihi: omnes labores mei non inuenient mihi iniquitatem, quam peccavi.* Quasi clariùs dixisset: gaudeo, quod sim factus diues: quia inueni Deum quendam palato meo valdè conformem, aurum scilicet: à quo expecto quidquid sufficit mihi ad explenda mea desideria. eo enim inaurabuntur omnes meae actiones, & contegentur iniquitates: quia nemo audebit eas reprehendere: & misericordiae non occurrent mihi: diuitiae enim me ab eis expedient. Hac falsa opinione praecipitantur infelices diuites in graui peccata: non timentes propterea supplicia; nec cogitantes se posse deuenire in miseriam: quia idolum illud deprædatum est cor illorum; nec sinit eos de re aliqua cogitare, quæ molestiam inferat. In quibus locum habet illud Dauidis: *g in labore hominum non sunt, & cum hominibus non flagellabuntur: ideo tenuit eos superbia, operti sunt iniquitate & impietate sua.* Sed citò eueniet illis quod Sapiens dixit: *h lignum offensionis est aurum sacrificantium:* illi tanquam Deo: *ve illis, qui sectantur illud:* peribunt enim miserè, iuxta illud Osee Prophetae: *i argentum suum, & aurum suum fecerunt sibi idola, VT INTERIRENT:* quia existimantes, se illa facere vt vitæ suæ consulere: propter illa inciderunt in mortem. Deus enim conteret & conuertet in puluerem, dabitque illis ad bibendum, sicut Moyses, *k pulueres vituli aurei Israelitis: vt ipsorum idolum sit cruciatus eorumdem conscientiae, & causa mortis aeternæ.*

Hinc est, quòd cupiditas, vt ait S. Gregorius, significatur per illam *l amphoram*, quam vidit Zacharias Propheta, *non clausam, & talentum plumbi prope eam, & ingressa est mulier in amphoram.* Cui nomen erat *impietas*: quam mox occludit, mittendo *massam plumbeam in os eius*, ne inde exiret. Et *duae aliae mulieres cum alis quasi milui, arripuerunt amphoram*, in qua erat Spiritus malus, & *lenauerunt amphoram inter terram & caelum*, vt edificarent *ei domum in terra Senaar, vt ibi stabiliretur & poneretur super basem suam.* Quid autem hoc aliud sibi vult, quàm vt intelligamus, cupidum semper habere *os apertum* ad diuitias deuorandas, & simul innumeras culpas, donec ingrediatur suprema, quæ vocatur *impietas*, quia nullam habet erga pauperes *pietatem*, nec erga ciues, nec erga parentes: & quod amplius est, neque erga communem Patrem omnium, qui est DEVS, cui reuerentiam denegat & amorem debitum: quam obrem permittit DEVS vt *massa plumbi claudat eius os*; & deueniat in *cordis dseruiem*, & obstinationem in peccato: ita vt nec os aperiat, ad illud confitendum, & veniam petendam, & misericordiam ab eo, qui potest remedium afferre. Ex quo prouenit, vt eum arripiant *duae mulieres cum alis milui*, *superbia* scilicet & *ambitio* mundana; in quarum alis est spiritus Satanae, qui auaritiâ impellit ad volandum per mundum, inlidians tanquam miluus pullis, & deprædans, famemque suam satura is

f Osee 12. 8.
Avarus
multa ha-
bet.
Idola.

g Hier. ibi.
& Rufinus.

h Psal. 72. 5

i Eccl. 31. 7.

k Osee 2. 4.
Aurum a-
uaris mors
erit.

l Exo. 2. 20

Lib. 14. Mor.
c. 26.

l Zach. 5. 6.

Auarus
impius.

Duro corde.

Superbia a-
uari.

Auari confuso & fautor.

Auaria male illuminat perue excœcat.

m Ier. 4. 22.

n Iob. 27. 19

Lib. 18. 12.

Auari die caci, nocte videbunt.

o Luc. 16. 19

Diues post vitam agnouit Lazarum.

facultatibus innocentum; donec mensuram impleat peccatorum, quam DEVS decreuit expectare, vt vltimam de omnibus sumat vindictam. Et tunc peruenit in Babylonem, quæ significat *confusionem*; & Senaar, quod significat *factorem*: nam in hora mortis projicietur in Babylonem æternæ confusionis, cum horrendo fœtore, qui percipitur in terra mortuorum: in qua cum demonibus sepelietur, quorum tentationibus, ob diuitiarum cupiditatem se subdidit.

PERPENDIT VERÒ valdè S. Gregorius, quod Angelus dixerit Prophete Zachariæ: *hæc est oculus eorum in vniuersa terra*. Quod hæc scilicet *amphora* sit hominum totius mundi *oculus*. Si igitur auaritia *oculus* est cupidi, quomodo non videt tot mala vt illa fugiat? quomodo non videt *impietatem*, quæ ingreditur amphoram? & *massam plumbi*, quæ illam operit? & *mulieres*, quæ illam rapiunt? & *alas milui*, quas habent? & *infelicem locum*, ad quem deducunt? Verùm hæc est suprema huius vitæ calamitas: nam auaritia *aperit oculos*, ad perspicienda sua lucra, *excœcat* verò ad culpas, damnaque ex eis agnoscenda. Aperit oculos carnis, ad videndum, quod iuuat ad vota & desideria sua assequenda; occludit verò plumbo oculos animæ, ne infelices exitus videat, quod illa tendunt. Quemadmodum illi, de quibus dixit Ieremias, *m sapientes sunt vt faciant mala, bene autem facere nescierunt*. Sed in die mortis aperiet oculos etiam inuitus. vt cum ingenti suo cruciatu videat, quod nunc potuisset cum magno fructu. n *Diues*, ait Iob, *cum dormierit nihil secum auferet: aperiet oculos suos, & nihil inueniet. Apprehendet eum quasi aqua, inopia, nocte opprimet eum tempestas*. Nos (inquit idem S. Gregorius) cum dormimus, oculos claudimus, quãdo vigilamus, eos aperimus: diuites verò cupidi, & auari quãuis carnis oculis vigilent, oculos tamen spiritus habent clausos: sed, cum moriuntur, clauduntur oculi corporis, & aperiuntur animæ vt videant scelera & infelicitatem suam, quando nullum poterit adhibere remedium. Ita euenit infelici diuiti epuloni, qui bona sua expendebat o *epulando quotidie splendide, & induendo purpuram*, qui non habuit oculos; vt Lazari pauperis miseriam cerneret, & repararet, eique subueniret; nec pœnam, quæ ipsum expectabat, vt illam effugeret. Sed statim atque mortuus est, aperuit oculos, & vidit Lazarum in sinu Abrahe, seipsum verò in flammis igneis: sed vtrumque sine fructu. Nam massa plumbi, quæ eius cor, dum viueret, fuit tectum, mansit etiam in ipsa morte: os verò inferni, per quod fuit ipse ingressus, fuit occlusum: & vt sanctus ille Patriarcha respondit *chaos adeo magno os illud firmatum est, vt sit impossibile diuitem ex inferno liberari, vt ascendat in cœlum; & pauperem è cœlo exire, vt descendat in infernum*.

§. II. *Quomodo ex veneno cupiditatis theriaca contra eandem fit conficienda.*

EX hoc cupiditatis veneno licet *theriacam* & antidotum accipere contra eandem: aperiendo mentis *oculos* ad eius laqueos & tentationes deprehendendas, & *alas* aquilæ sumēdo ad illas fugiendas; & reipsum tot damnorum considerationibus muniendo, vt statuas quemadmodum S. Apostolus, a contentus esse, si habeas quæ ad vitam sustentandam sunt necessaria: renunciando omnibus diuitijs, si non effectu & re ipsa, (siquidem Deus ad tantam perfectionem te non obligat) saltem affectu: mortificando viriliter & strenuè inordinatam eas acquirendi cupiditatem, & nimium in eisdem possidendis amorem, R E S P I C E illam pugnam, in qua noster Capitaneus tentatorem, diuitias & *regna mundi* offerentem, si eum adoraret superauit, ac repulit. Et postea accipiens in manu sua arcum suæ prædicationis, iecit sagittas seuerissimarum sententiarum in diuites cupidos: minans illis luētiosum illud c *VAE* & asseuerans: d *facilius esse camelum transire per foramen acus, quam diuitem intrare in regnum caelorum.* Nec verbis tantum contentus, arcum ipsum crucis accepit, vt clarissima præberet exemplum renunciandi rebus omnibus, viuens in summa paupertate, donec omnino nudus moreretur. Svm tu quoque hosce arcus in manu, tuasque hastas iaculare in ipsam cupiditatem: procurando, vt huius equi nerui emarcescant, circumcidendo & mortificando omnia superflua, quibus cupidus hic appetitus alitur: morositates eius comprimendo, & impetus rerundendo quibus prodit ad suas commoditates quærendas. Ne pondus manibus committas proprii tui Spiritus cupidi, & alijs passionibus infecti: ne & te ipsum & alios decipias. Primum igitur pacifica Spiritum tuum, & quietum ac tranquillum redde: vt ab illo affectu & inordinata passione expeditus, necessitates tuas fidehiter expendere, ac diligentias adhibendas prudenter perpendere possis: vt eas reparare, & diuitias tibi conuenientes acquirere & cōparare possis. Quod si tremis fortè manus ab impetu passionis tuæ: committe stateram terij alterius manibus, qui ea passione non laborat; aut prudentis Confessorij, aut spiritualis Patris, qui res tuas nouerit bene ponderare; & quid tibi sine periculo sit agendum, consulere: dando operam, vt stateræ momentum contra ipsam cupiditatem propendeat in misericordiam & charitatem, quæ parata est *tunicam tollere, dimittere etiam pallium.* si id esset necessarium, ne ipsa læderetur.

PRÆTEREA omnibus viribus est tibi incumbendum, vt machinam illam siue amphoram, quam replet auaritia, omnino destruas. Neque enim

1.
11. Tr. 6. 8.
Natura
paucis con-
tenta.

2.
b Mat. 4. 10.
Va diuiti.

c Luc. 6. 24.
d Mat. 19
24.

3.
Superflua
reseca.

4.
Passionem
comprime.

Consilium
requir e.

e Mat. 5. 40

*Auaria
detestanda.*

absque caula iussit Angelus Zachariam leuare oculos, vt eam videret: & tunc subiunxit (iuxta aliam translationem) *hic est oculus eorum in vniuersa terra.* hoc est, in hanc amphorā positus est oculus omnium, qui moratur in terra: significans, & bonos & malos conijcere oculos suos in eam: licet alio & alio modo ac fine: *Improbi*, vt eam repleant diuitijs, & sceleribus, quæ simul cum illis modo prædicto deuorēt: *boni* verò ac prudentes, oculos considerationis in eam dirigunt, sicut ipse Propheta, vt agnoscentes, quid illa in se habeat, illam propterea detestentur.

1.
*Corporis
amphora
fragilis.*
Luc. 12. 20.
Med. 12.
Par. 1.

NON debes autem conijcere oculos in eius thesauros; sed in hoc, quod sit amphora fictilis ac fragilis; quæ breui, & quacumque parua occasione occurrente frangitur: & tunc erit inutilis; eiusque thesauri omnes euertentur. Audi tremendam illam sententiā, quam DEVS diuiti cuidam cupido intimauit: *stulte, hac nocte animam tuam repetam à te, quæ autem præparasti cuius erunt:* quasi illi significaret: hac nocte frangetur tui corporis amphora, ictu mortis imminenti: quod ergo tunc ibunt diuitiæ: cuius erit frumentum, quo tua horrea replēsti? & vinum, quod cellaria sunt plena? cuius vestes & ornamenta cistis inclusa? quo thesauri scrinijs tuis inclusi? hoc certum est quod non possis ea tecum auferre: hic oēs diuitiæ remanebunt; in plures alios distributæ. cum tu intra animam tuam peccata sis portaturus, quæ in eam acquisitione & auara retentione acquisisti, vt in æternis ignibus pœnas luas.

2.
Onus diuitiarum.

SED etsi demus, non tam citò fictilem amphoram frangi: non tamen respicere debes aurum ipsum, quod splendet; sed plumbi massam opprimentem: nam in hac vita qui plus auri habet: habet simul & plus plumbi; & qui ditior est, magis oneratur, & oneribus opprimitur externis & internis curarum, timorum, angustiarum, & terrorum: quos illi intradunt alij; aut ipse sibi excitat, vt suas diuitias tuto possit retinere. Quamuis hæc non sunt maxima onera: cum vel vnicum lethale peccatum aded sit graue plumbum, vt sufficiat animam detrudere in infernum. Quod si prudens sis, velisq; animam tuam saluare: vt hanc plumbi massam à corde tuo remoueas, necesse etiā est aurum massam remouere; aut inordinatum ad illud affectum deponere. Siquidem Christus D. N. monet, *ne grauetur cor tuum curis huius vite*, vt fugere possis iram DEI, tibi imminantis.

g Luc. 21. 34

3.
*Futuram
pœnam con-
sidera.*

NE respicere debes ad locum & iucundam sedem quam hæc amphora occupat in hac vita mortali; sed ad fœtidam & horrendam, quæ in altera vita illi est præparata, estq; æterna: ad quā non tardè & testudineo passu ducitur; sed volando, alis malis à dæmone agitatis. Quam igitur vtilitatem tibi adferet hæc amphora, diuitijs ac delicijs huius mundi plena: si debeat in altera cruciatibus repleri, non temporalibus, sed æternis? nam in inferno non fictilis erit, sed plusquam ærea: quia anima est immortalis. & quamuis cor-

pus ipsum sit alias testaceum: efficiet iustitia Dei, vt & semper ardeat, & nunquam frangatur.

His considerationibus induceris ad consilium amplectendum Saluatoris nostri, dicentis: *h videte & caute ab omni auaritia*. attende scilicet profunda consideratione eius damna, & fuge omnem speciem auaritiæ quocumque illa pallio obtegatur: claudere tempestiue os cupiditatis, quod patet ad omnes optatas diuitias deuorandas; reprimendo nimiam eius sitim, & desideria. Quod si quando, impietas vel eius aliquod indicium ingrediarur: abijce statim a te, priusquam plumbi massa difficiliorem reddat eius exitura. Ac denique quemadmodum clauus clauum pellit: ita *charitas* cupiditatem ab anima extrudit; & desiderium diuitiarum spiritualium, mortificat nimium temporalium desiderium, iuxta illud Christi Domini: *inote thesaurizare vobis thesauros in terra, vbi erugo & tinea demolitur; & vbi fures effodiunt & furantur. Thesaurizate autem vobis thesauros in caelo: vbi ab his periculis tuti erunt. Si amphoram tui cordis implere cupis, reple virtutum diuitijs: vt det tibi Dominus promissam in caelo k mensuram bonam, & conseruet, & coaguet, & superfluentem, & gloriae coronam, in praemium victoriarum quas contra auaritiam obtinisti.*

h Luc. 12. 15.

Pugnandum infanter contra auaritiam.

i Mat. 6. 19.

k Luc. 6. 38.

C A P V T X.

TENTATIONES A SUPERBIA VITAE, ET AMBITIONE excellentia & honoris huius mundi exortae:
 & ratio pugnandi contra eas.



TERTIVM vitium, quod iuxta S. Ioannis sententiam regnat in mundo, est a SUPERBIA VITAE, appetitus scilicet inordinatus propriae excellentiae. Et merito illud constituit tertio loco. Nam (vt Cassianus ait) superbia, quamuis sit prima, quae inuadit: est tamen ultima, quae vincit, facitque horrendam stragem: illa enim aggressa est, & vicit plurimos Angelos in caelo, & primos parentes in paradiso & oppugnat omnes homines in mundo, tam saeculares, quam Ecclesiasticos, & Religiosos: eo quod omnibus praclaris huius mundi rebus foueatur: tam spiritualibus, quam corporalibus; illis praecipue, in quibus Dei similitudo magis resplendet: quales sunt sapientia, sanctitas, potestas & diuitiae. Et

a 1. Ioa. 2. 16

Lib. 12. c. 1.

Superbia prima & ultima.

Serm. 4. de
Ascensio.

Curiositas.

Vana san-
ctitatis gra-
dius.

1.
Natura.

2.
Persuasio-
nis.

3.
Hypocrisis.

Tr. 2. c. 4.
& Tr. 4. c. 6.

bEcl. 10. 19

Superbia a-
mas divi-
tias.

c Apoc. 6. 8.

hinc oriuntur tres quatuorue superbiæ modi magis insignes: qui (ut Sanctus Bernardus ait) contendunt ad horum montium altitudinem ascendere, in quibus huiusmodi excellentiæ eminent. *Prima* superbia est *curiosa*: quæ cupit ascendere ad montem scientiæ; & sic divinam similitudinem obtinere, propter honorem & gloriam, quæ in ea est: cuius pugnas in præcedentibus capitibus posuimus. *Secunda* superbia est etiam spiritualis, sed subilior: & conatur inordinate ascendere ad montem *Sanctitatis*, ac per tres vias fortiter oppugnat. *Quosdam* enim decipit, persuadens, quod possint proprijs natura viribus, aut proprijs meritis ad eam ascendere: soli inæ natura, aut industria vanè innitentes, non verò divinæ gratiæ: sine qua tamèn est impossibile vel unico passu ad sanctitatem progredi. *Alios* decipit, persuadendo, quod iam *ascenderint* ad montis fastigium, & plures virtutis gradus obtinuerint, quàm reuera habeant: aut quod iam sint in culmine, aliosque homines superent in virtute aliqua singulari. Sed *alios* tamen crassius aggreditur, persuadens, ut contendant ad hunc montem ascendere tantùm in specie & hypocrisis: ut honore gaudeant, quem sanctitas apud homines obtinuit. Quis autem erit, qui huiusmodi pugnas cernens, non statim dicat: Ducem & tentatorem in eis venire in equo *negro*, & cum *statera* dolosa: omnes enim innituntur intelligentiæ, sui ipsius ignorantia denigrata; ex qua procedit, ut falsè ponderet, & cum dolo, quod ipsius naturæ est debitum; & quod sua industria potest; & gradus virtutis, quos habet; & excellentiam, ad quam peruenit; & finem, quem debet sibi proponere, dum illam quærit.

SED quoniam de his congressibus fusiùs est actum in Duce Spirituali, ubi de sui ipsius cognitione actum est: progrediemur iam ad *tertiam* superbiã, quam S. Ioannes appellat *SUPERBIAM VITÆ*, quæ est, huius mundi propria, & contendit ad montem Potestatis, & Gloriæ mundanæ peruenire, ducitque semper secum ambitionem honorum, dignitatum, & officiorum insigniorum; gloriam inanem, magni nominis desiderium, & famam apud omnes: præsumptionem, iactantiam, & quidquid ad apparatus & pompam exteriorem spectat, de quibus mundi homines tantoperè gloriantur. Ex quo provenit, ut hæc superbia valdè foueantur, & locietatem ineat cum *diuitiarum* cupiditate: nam, cum *omnia pecunia obediunt*, vehementer desideratur à Principibus, & seculi huius potentibus, eò quod necessariam reputent ad conservandam authoritatem, & dignitatem suorum statuum, & officiorum, & ad reliquos fines excellentiorum ipsorum cordium. Siquidem sine pecunia, nec conuiuia sunt splendida, nec vestes pretiosæ, nec reliqua æstimantur quæ princeps huius mundi tanquam necessarias leges præscripsit superbiæ filijs & mundanæ pompæ mancipijs: cuius pugnae ostensæ sunt S. Ioanni Evangelistæ c. in figura equi pallidi, & quæ-

scus-

sedebat super eum, nomen illi Mors: & infernus sequebatur eum. & data est illi potestas super quatuor partes terrae, interficere gladio, fame, & morte, & bestis terrae. Quis autem equus hic est, nisi furiosus superbiae & excellentiae mundanae appetitus, per quem satanas diuites vincit, nobiles, potentes, & Tyrannos huius mundi: & postquam illos superauit, utitur eisdem tanquam equis fortibus, & ferocibus ad istos tentandos, & persequendos. Verum magnum mysterium laet in eo, quod S. Euangelista colorem huius equi expresserit quadam voce Graeca, quae & pallidum & viridem colorem significat: significans hac ratione, quod quemadmodum color pallidus indicium est tristitiae, desperationis, morbi, & ipsius mortis; viridis vero, laetitiae, spei, & firmitatis, ac stabilitatis: ita hi superbi interius habent pallidum mortis, incedunt tristes, decolores, & peccatis morbi cum conscientia remorsibus, & iustitiae diuinae timoribus: imò & famelici, & praefame ipsius auri valde macri: quia eorum cupiditas nunquam potest satiari; semperque putant, plura sibi deesse, quam habeant. Exterius autem virorem ostendunt spei, cum magnis indicijs laetitiae, auctoritatis & stabilitatis in rebus suis: atque si essent immortales. Siquidem eorum superbia eo usque peruenit, ut nonnulli eorum se Deos appellauerint: facientes, sicut d. Nabuchodonosor, statuas aureas, quae ipsos referret, cogentes vero alios, ut ipsos adorarent. Et hoc nomine habent etiam exterius duplices colores in facie: nam pallido colore merum incutunt, & timorem mortis resistentibus, & non annuentibus sublimibus eorum desiderijs, nec obtemperantibus ipsis in sensualibus ipsorum voluptatibus: Viridi autem colore humanos se exhibent, stantibus a parte ipsorum & fauentibus execrandis ipsorum conatibus, quos etiam, magnas spes & promissa offerentes, erigunt. Et hac via tyranni (qui ad literam significantur per hunc equum) oppugnant fideles Ecclesiae primae, coniungentes horrendorum cruciatuum minas, cum ingentiu favoru promissionibus. Et quoniam haec promissiones nihil Christianos mouebant, frequentius utebantur tormentis, & cruciatibus usque ad vitae spoliationem: quemadmodum ipse Christus Dominus, futurum praedixerat. Ac propterea, qui in hoc equo ledet, appellatur Mors: ut significetur, omnes conatus Satanae in his pugnis edirigi, ut mortem adferat animae consentienti, seque illi subicianti; aut corporis, si se opponat, ac resistat. Infernus autem sequitur eum, non ut iustos deuoret, qui se defendentes occumbunt: siquidem ipsorum mors est victoria de hoste, sed ut ipsos superbos & crudeliter tyrannos, qui iustos tentant & persequuntur, ore aperto excipiat; & reliquos oes, qui partes sequuntur superbiae mundanae, iuxta illam praedictionem dicentis: *et dilatauit infernus animas, & finem suum, & aperuit os suum absque ullo termino: & descendunt fortes eius, & populus eius, & sublimes gloriae eius ad eum.*

Vide Virgae
de Sect. 6.
Ter. l. de pu-
der. c. 20.
et ansfert
Viridem.

Superbi pal-
lidi ego viri-
des.

d. Dan. 3. 1.
Insus & fu-
ris.

Mat. 26. 18.
Luc. 21. 12.
A superbia
mors anima
vel corporis.

c. 154. 5. 14.

Superborum
sedes infer-
ni.

§. I. Primus gradus ambitionis.

Sed omittamus hosce adēd stultos & crudeles superbos, & veniamus ad pugnam, quam dæmon superbiæ huius & ambitionis tentator gerit cū tribus Ecclesiæ Rebus pub. in omnibus eius statibus & officijs, & cum illorum singulis in particulari, varijs vijs & rationibus. *Prima* via est, qua illos impellit ad auctoritatem & honorem, quem non promerentur; aut etiam maiorem multò, quàm meriti sint, quærendum: ut ita eos in grauiora peccata præcipitet. Hoc modo tentat & prostermit innumeros homines, qui, cum interius & in occulto sint valdè improbi, intendunt tamen haberi & honorari tanquam Sancti: ornantes se exterius in conspectu aliorum splendore operum, quæ apud homines videntur bona. Huius generis ait Richardus esse *hypocritas* per *pallidum* hunc dæmonis equum significatos: nam tanquàm Pharisei (vt Saluator noster dixit) *exterminant facies suas*; & ieiunijs ac penitentijs externis se macerant, vt pallidi & macilenti apparentes, valdè abstinentes & pœnitentes habeantur: & hac sola mercede accepta, sunt contenti. Qui infelices (vt S. Gregorius ait) viuūt moriendo: quia carnem suam affligunt, in qua grauissimam portant crucem, sicut b *Simon* ille *Cirenenensis* non vt vitij moriantur, sed vt mundo mortui habeantur: in quibus tamen viuipse mundus, regnatque dæmon, & peccatum. Quæ fictio eo vsque peruenit, vt per hanc viam quærant ipsi Ecclesiasticas aut seculares dignitates. propterea enim dicitur apud Iob, quod *propter peccata populi permittat regnare hypocritam*, indignum scilicet dignitate, quam habet, & per hypocritism obtinuit: existimantibus collatoribus, illum esse dignum.

His hypocritis similes sunt alii superbi: qui, cum sint idiotæ & paræruditionis, haberi volunt valdè sapiētes & eruditi: & sic quærunt cathedras, & dignitates, quas non merentur. Sicut illi, qui, vt Saluator noster dixit, *quærunt primas cathedras in Synagogis*: neque enim, nisi primaria cathedra & honoratiore dignitate sunt contenti: iudicantes, se præ omnibus esse eruditos, & iactantes, sicut superbus ille, qui se iactabat quasi esset e *Sapientior Daniele*, & dignus qui *sederet in cathedra Dei*, & cura eius magnitudine de Sapiaentia & honore contenderet.

Et hinc dæmon sumit occasionem eos prouocandi, ad honores & dignitates quærendos, quibus digni non sunt: etiamsi propterea oporteat alios, qui eas iure possident, eisdem spoliare: ac proindè ipsi nulla ratione aut iure possunt illas obtinere. ideoque adferunt in Ecclesia, eiusq; communitatibus, quarum ipsi sunt membra, schismata, dissensiones, lites & discordias: eum in modum, quo *Datan & Abiron* ambiuerunt dignitatem sum-

1.
S. Tho. 2. 2.
q. 131 a. 1.

Hypocrita.
In Apoc. c. 6
Vide Viegas
Sect. 6.
a Mat. 6. 16

Lib. 3. Mor.
c. 26.
b Mat. 27. 3

c Iob. 34. 30.

Sapientiam
arrogantes.

d Mat. 23. 6.

e Ezech. 28. 2.

2.

mi Sacerdotii, quam Deus Aaroni, eiusque filiis concesserat. Satanas verò non contentus, quòd illos prostrauerat, etiam illis vsus est, tanquam equis suæ militiæ, ad aggrediendos & prosternendos plurimos ex eo populo: alios trahendo, vt eius partibus adhererent; alios verò concitando cum magno scandalo & discordia. Sed quemnam exitum habuit eorum ambitio? *aperuit se nimirum terra & deuorauit illos, & vini descenderunt in infernum.* vt ex hac visibili pœna omnes intelligerent, tentatorem superbiæ, nomen habere mortis; & infernum eam sequi tanquam famulum: vt mactet, deuoretque ambitiosos, cum ipsi maximè viuunt in feruentibus suis desideriis & conatibus. Neque expertes fuerunt pœnæ, qui ad eorum partes accesserant. nam ex eorum thuribus ignis exiit, qui omnes combussit. vt intelligatur, quòd instrumenta culpæ, iusto Dei iudicio, conuertantur in instrumenta pœnæ: & ex eisdem ignis procedit cupiditatum, qui eorum corda cruciat, & præcipitat in ignes æternos. Nec supplicia illa hic steterunt: quia ignis se dilatauit, & combussit *quatuor decem millia* hominum ex plebe, qui *falsa* mortuorum *compassione* murmurarunt contra Moysen & Aaron, in quos insurrexerant ambitiosi: nam vbicumque pestis hæc tangit, inscit, cruciat, & mactat: nisi tempestiuè impediatur. Sed ulterius adhuc gradus hic ambitionis progreditur. non enim contenta vna dignitate, etiam valdè magna adspirat ad aliam, & aliam, omnes volens comprehendi. quemadmodum Rex Ozias, cum fuisset Rex sanctus, aditum præbuit superbiæ: & non contentus regia dignitate, voluit ambitiosè etiam sacerdotalem usurpare. *g* & *elevatum est cor eius in interitum suum.* Nam volens tanquam Summus Sacerdos offerre sacrificium thuris, permissus fuit à Deo *lepra* repentina. Quare non solum dignitatem Sacerdotalem non obtinuit, quam ambiebat; sed etiam regiam amisit, quam habebat, extrusus ex suo palatio, & priuatim tanquam leprosus vitam ducens. Aequum est enim, vt qui ambitiosè quærit dignitatem, quam non meretur, & quæ ei non debetur: illam amittat, quam habebat, & ei debebatur. ob superbiæ enim factus est vtraque indignus. quemadmodum impius Aman valdè familiaris Regi Assuero, cupiens aderari à Mardocheo & reliquis omnibus, eo honore, qui soli Deo debetur: eò deuenit, vt honorem & familiaritatem amitteret, quam habebat: amittens ignominiosè vitam in periculo. Quòd si pœnam in hac vita non habeant, non euadent eam, quæ in altera eos expectat. Infernus enim latissimos habet sinus, ad omnes superbos, schismaticos, & tumultuosos deuorandos: & quòd illi magis accelerant, vt ascendant, eò iusta Dei ira coget illos descendere: quemadmodum euenit superbo Regi Babylonis, qui Luciferum referebat, quem imitabatur: de vtoque enim ait Isaias: *hæc detracta est ad inferos su-*

Ambitio.

f Nu. 16. 32.

Dathan & Abiron.

Pœna iusta.

Non contentus eo quod habet excidit omnibus.
g 2. Par. 26. 16. 2.

Pœna superbiorum futura.

Isa. 14. 17.

perbia tua, qui dicebas in corde tuo: in cælum conscendam, super astra Dei exaltabo solium meum: similis ero Altissimo. Verum tamen ad infernum detraberis in profundum lacus: ubi eò eris profundior, quò contendebas te magis erigere.

3.
Contra pro
motionem
indignorum
Act. 12. 22.

k. Pic. 26. 8.

SED ulterius pergit Satana astutia & calliditas, aggrediendo ambiciosos harum dignitatum per alios, qui non quærentes illas, ipsis offerunt, ut acceptent, etiam si indigni: & ita eos in eadem peccata ac demerita deiecit. Quemadmodum Rex Herodes à Satana deceptus, accepit honorem divinitatis ab adulante plebe oblatum, & i dicente, eius regnum non hominis esse, sed Dei. & quia inaniter sibi complacuit de hoc honore, quo ad eò indignus erat, fuit ab Angelo percussus, & exspiravit, & verbis deuoratus. Quamobrem dixit Sapiens: *Qui tribuit insipienti honorem, est sicut qui mittit lapidem in acervum Mercurii: qui est Deus scientiarum: ut ex illis lapidibus templum ei aedificetur: significans his verbis: quòd qui indignum afficit honore, illum tentat, & prouocat, ut eius superbia crescat appetatque supremam Dei excellentiam, & inanem hominis sapientissimi gloriam. Sed quemadmodum Mercurius falsus erat Deus, & tali honore indignus: ita stulti ambiciosi, indigni sunt honore ac dignitate, quam acceptant, quæ in lapides conuertetur: quibus ipsi lapident, irridentes, quòd eam dignitatem habeat, qua non est dignus.*

Indigni ho
noribus de
lectantur.
I Ioan. 1. 20.
M Act. 14. 11.

ii Ind. 9. 25.

SED quoniam demon appetit cibum magis electum, non negat etiam meliores, & sanctiores aggredi, occasione accepta ex eorum sanctitate & eruditione: ut illis offerat huiusmodi dignitates. Quemadmodum aggressus est magnum *Baptistam*, offerens illi per Phariseos, Messia dignitatem; & Sanctos in *Paulum* & *Barnabam* aggressus est per gentiles: qui videntes quoddam prodigium ab ipsis factum, (quamobrem alterum appellabant *Mercurium*, alterum *Iouem*) volebant illis tanquam Dijs offerre sacrificia. ad illi statim restiterunt, & diabolicam hanc tentationem reiecerunt: & quoniam erant humiles, repulerunt a se honores, quos superbiliter acceptant. nam ut plurimum illi ab hac tentatione superant, citiusque dignitates acceptant, qui earum sunt magis indigni. Quemadmodum ait scriptura: quòd cum arbores sibi eligere vellent Regem, eamque dignitatem *oliva*, *viti*, & *fico* offerrent: (quæ alias erant ea dignissima) noluerunt tamen acceptare: sed cum obrulissent eam *rhamno*, statim eam accepit: & minatus illis si non facerent, ut non egredereus ignis de *rhamno* & deuoraret cedros libani. Aptè verò *rhamnus* liue *spina*, ambiciosa vocatur: quæ dignitatem acceptat, quam non meretur: quia semper pungit spinis peccatorum, & curis eam conseruandi.

pungn-

pingendo propriam & aliorum conscientias, consumens tanquam ignis ipsas virtutes. Et hinc est, quod hic modus ambitionis sit *fidei* capitalis hostis, & religionis Christianae, magnumque impedimentum ad eam suscipiendam, & conseruandam, & consequendam perfectionem: quam illa profiteretur. Quemadmodum ipse Saluator monuit Phariseos dicens: *o quomodo vos potestis credere, qui gloriam ab inuicem accipitis: & gloriam, qua solius Dei est, non quaritis.* Ita insinuans: non esse mirum, si in credendo sentiant difficultatem, & in eius doctrina amplectenda. Siquidem immergi toti erant in ambitione honoris, quam ab inuicem accipiebant. Perpendit autem S. Basilius verbum illud valde accipitis. Si enim quod oblatam gloriam accipias tantum tibi adferet impedimentum: quanto maius adferet, si tu ipse illam ambias, & quaras.

§. II. *Alij ambitionis gradus.*

PRIMO ambitionis modo praedicto coniungi solet *aliter* non minus perniciosus: cum scilicet per mala media, conculcatis etiam diuinis legibus, huius mundi honores & dignitates procurantur. Haec media sunt innumera: quia etiam sunt innumerae artes huius vitii, ad quaerendas vias & modos, quibus voti compotes fiant, maximè impellente eos Satana ad omnia ea adhibenda. Quosdam enim instigat, vt ea officia aut dignitates per *tyrannidem* & incredibilem crudelitatem quaerant, aperto Marte aggrediendo eos, qui possunt, aut volunt ipsos impedire: quemadmodum faciunt huius mundi Tyranni; ad suum imperium dilatandum: etiam si opus sit hoc nomine parentes, filios aut fratres vita priuare; quemadmodum a *Athalia* nepotes suos priuauit, vt regnum ipsa possideret; & b *Abimelech* occidit septuaginta fratres, vt solus regnaret. Vt hinc appareat, quam iuste tentator hic cognomen retineat *mortis*. qui tot hominibus illam infert, vt voti compotes euadat. Alios instigat, vt huiusmodi dignitates praesentationibus & oblationibus procurent: inclinando ad se illorum voluntates qui possunt illos iuare. Quemadmodum *Absolon* praesentabat populum, vt contra proprium suum patrem, regnum sibi vsurparet: adhibens ad id mille artes, & amplexando illos, qui ad aulam Regis veniebant, & iis qui negotia & lites habebant, dicendo, quod vere iusta peterent: *Sed neminem esse constitutum, qui iustitiam administraret.* & quod si ipse *Rex* esset, omnibus plene iustitiam faceret: & ita sollicitabat corda virorum Israael. Cum hac praesentatione alii conueniunt munera, vt emanent ipsam dignitatem. Adeoque crescit ambitio, vt etiam velint Ecclesiae dignitates emere. Et si possent, etiam potestatem emerent facienda miracula, & dandi ipsum Spiritum sanctum, quemadmodum tentauit *Simon Magus*: cui propterea dixit S. Petrus *pecunia tua tecum sit in perditionem*.

Ambitio
spinoza.

o Ioa 5. 44.
Fidei nouer
ca.

Reg. 31. ex
Breuioribus

Tyrannus.

24. Reg. 11.

b Iudic. 9. 5.
24.

praesentationes.
c 2. Reg. 15.
5.

Munera.

d AB. 8. 1.



Violentia de-
sentio.

1. Reg. 10.

22.

2. Reg. 12.

26.

g Apoc. 6. 8.
Demon pri-
us magnos
sternit.

Duo Idola
Superbo-
rum.

h Job. 31. 26.

Li. 32. Mor.
cap. 6.

Lib. 5. de Ci-
uit. Dei c. 12.
Romanorū
ambitio.

sonem: quoniam donum DEI existimasti pecunia possideri. Imò etiam inligat
idem Satanás, ad media abominanda adhibenda, ad hanc excellentiam
conseruandam, licet bono medio ad illas ascenderint. Nam superbia &
ambitio etiam inuadunt honorem & dignitatem, quam DEVS dignis de-
tulit: postea tamen culpa sua superbientes, indignos se faciunt eadem di-
gnitate: quam ne perdant: tot ipsi admittunt scelera, atque alij, vt eandem
obrineant. Cuius rei aptum habemus exemplum in e Saule, fugiente, &
abscondente se, ne regnum sibi à Deo delatum acceptaret: postquam tamen
illud accepit, adeò fuit mutatus ad illud conseruandum, vt crudeliter per-
sequeretur Dauidem, veritus, ne is regno ipsum spoliaret. Et eodem mo-
do f Jeroboam quamuis monitus fuit à Propheta, quod esset futurus Rex
decem tribuum Israel, postea tamen politica ratione status, vt regnum
suum sibi & filijs, ac successoribus suis conseruaret, noluit permittere, vt
subditi ascenderent ad templum in Hierusalem vt offerrent Deo sacrificia: ne
afficerentur ad Reges Iuda, ipsius hostes: Sed erexit duo idola aurea, quorum
alterum posuit in Bethel, alterum in Dan. Dixitque populo: ne ultra ascendite
in Hierusalem. Hi sunt Dii vestri, qui eduxerunt vos ex Aegypto: Hos debetis
adorare: & ita illi fecerunt, Quibus coloribus magis ad viuum depin-
gi potuit horrendum bellum, quod Satanás mouet contra DEVM, & con-
tra populum iustorum? ô ferocem tentatorem! qui in equo pallido qua-
tuor mundi partes deuastat. Siquidem per Principem quendam superbum
& ambitiosum, integrum regnum deijcis in tuas idololatrias! sed quomo-
do hoc facis? primum Satanás ipse aggreditur, & prosternit Principes, po-
tentes, vt Dona, quæ Dei sunt, sibi ipsis attribuant; & eisdem bellum illi
moueant, erigendo duo aurea idola, quæ adorent, Alterum honoris & ina-
nis gloriæ: quia cupiunt se adorari, laudari, & in veneratione esse ab omni-
bus presentibus: Alterum gloriæ & fame: quia desiderant, nomen & fa-
mam suam etiam ad absentes volare, & in filijs, ac successoribus suis in se-
cula futura, dilatari. Hi sunt Sol & Luna, quos tanquam Deos adorant. De
quibus dixit sanctus Job: h Si vidi Solem, cum fugeret, & Lunam incedentem
clare. Nam, vt sanctus Gregorius exponit: hi homines mundani intencio-
nem suam collocant in sole gloriæ, & vani honoris; & in Luna fame; & in
claro nomine inter homines: hic enim est vltimus illorum finis. & ad eum
dirigunt quidquid dicunt, faciunt, aut patiuntur. Quemadmodum perpendit
S. Augustinus fecisse Romanos: qui omnia bella & facinora præclare gesta,
faciebant cum honoris & gloriæ cupiditate. Hanc inquit, ardentem amarunt;
propter eam viuere cupiebant; nec timebant mori: iudicâtes quod etiam
si morerentur supererat tamen viua fama apud homines.

S E D quid mysterij in eo latet, quòd Jeroboam duo illa idola in duobus

monti-

montibus & locis valdè edidis collocauerit: altero nomine *Bethel*, quod significat *domum DEI*; altero in *Dan*, quod *iudicium* significat: hac enim ratione indicat, superbiam & ambitionem erigere hæc idola in vtraque *Repub. Ecclesiastica & Seculari*: in filiis scilicet *Ecclesia*, qui de virtutibus, rebusque spiritualibus agunt; & in filiis huius *seculi*, qui de gubernatione & negotijs temporalibus. Nam etiam *Satanas* conatur idolum erigere honoris & gloriæ in monte *Bethel*: impellens ad ambitiosè desideranda magnalia domus *DEI*; suasque excellentias in ea collocandas. Subuertendo hac ratione ipsos *Ecclesiasticos*, & *Religiosos*, qui aditum huiusmodi ambitionibus præbent. Et eo prætextu, quod domus *DEI* debeat esse in honore, & similiter eius officia: expellunt, quod in ipsis est, ab ea ipsammet *DEVM*, & diuinam eius gloriam: in cuius locum substituunt idolum mundanæ gloriæ: & cum deberent sanctam hanc domum, eiusque ministeria ac dignitates claris virtutibus exornare: ornant, vt *S. Bernardus* ait, pretiosis vestibis, & apparatu famulorum & equorum; alijsque pompis mundanis: obliuioni tradentes opera pia. Quid igitur dicemus de iudicibus, gubernatoribus, & alijs Principibus: qui idolum suum in *Dan* collocant, hoc est in iudicio: optantes ad hæc officia ascendere, aut in eis se conseruare, titulo & prætextu faciendi iudicium & iustitiam: sed in omnibus, quæ faciunt, aut iudicant, idolum ponunt *inanis honoris*: quærendo eum primo loco eiusque occasionem iustitiam conculcando, cum eam exequi non possunt, absque inanis honoris sui detrimento.

QUANDO autem *Satanas* Principes, & magnates sibi deuicit, facile ex ipsorum malo exemplo tentat, vincitque *minores*: vt & hi sicut illi idola illa adorent. Siquidem, vt *Sapiens* dixit: *Secundum iudicem populi, sic & ministri eius: & qualis rector est ciuitatis, tales & habitantes in ea.* Et cum prius *DEVM* solum adorabant, & ad sanctum *Ecclesie* montem ascendebant, vt sacrificia iustitiæ & laudis ei offerrent: nunc non agunt nisi de conscendendis montibus *superbia*, & ambitionis, vt suis idolis sacrificia offerant. Quorum proprietates *S. Basilius* depingit, dicens: qui huius vitij sunt captiui, sunt inuidi, tumultuosi, calumniatores, adulatores, inimiles, quando non expedit, parci, sexcentis alijs vitijs ac perturbationibus implicati. *Inuidi* iis, qui illos in honore præcedunt: Sicut & *Cain* inuidit fratri suo *Abel*: & filii *Iacob*, fratri suo *Ioseph*: ex quo ingentes ortæ sunt dissensiones. Ambitiosi enim etiam sunt *tumultuosi*, conculcantes pacem, tam cum socijs, quam cum reliquis: solum vt eos præcedant. quemadmodum n. filii *Zebedæi*, desiderantes primas sedes in regno *Cristi* turbauerunt reliquos discipulos. Et quotidie videmus innumera inter eos scâdala propter locum eminentiorè, aut titulos, & cognominia quibus sint com-

pellandi;

Ecclesiasticorum gloria vanæ.

Epist. 48.

Secularium inanis honoris.

Diuictis magnis cadunt minores.

1 Eccl. 10. 2.

Superborum proprietates.

De constitutionib. monastic. c. 10. inuidi.

1 Gen. 4. 1. 1 cap. 37. 4.

Tumultuosi.

1 Mar. 10. 24.

Calumniatores.

a Luc. 11. 15.

Adulatores.

o Matt. 22.

16.

Fide humi-

les.

S. Tho. 3. p. 9.

41. a. 4. ad 3.

Li. 4. in Lu-

can.

S. Bern. epiff.

126.

p Ester. 5. 13.

Superbia

lylva pecca-

torum.

Li. 24. Mor.

cap. vli.

pellandi; & propter verba in salutationibus usurpanda. Sunt *calumniatores*, & accusatores reliquorum; vt illos contempnibiles reddant; quo ipsi maneant excelliores. Iudicantes temere ipsorum dicta & facta: & de eisdem murmurantes, quemadmodum n̄ *Pharisaei* ab ambitione raptati *calumniabantur* verba & opera *Saluatoris*: vt illius opinionem imminerent, & maiore ipsi ex eo acquirerent. Sunt *adulatores* laudantes nimium alios, vt ipsi ab eis laudentur; & honore afficientes, vt & ipsi afficiantur, rexentes his adulationibus fraudem aliquam, ad sua vota consequenda. Quemadmodum *Herodiani* adulabantur Christo D. N. vt ab eo extorquerent, quid de *censo* *Imperatori* reddendo sentiret. Sunt *humiles*, quando non expedit: cum facerent de se aliqua mala vt alij dicant bona: & ita se humiliant, cum vident, se propterea humiles habendos: vt hac humiliationis esca, honorem consequantur; aut subiiciendo se minoribus, quando eorum suffragio possunt maiores euadere: vt cathedram obtinere, aut dignitatem ad quam aspirant. Imò, vt S. Ambrosius bene perpendit, aliquando sese humiliant & abijciunt coram ipso *Dæmone*, vt ab eo gloriam huius mundi obtineant. Ac propterea sunt abiecti tanquam mancipia omnium hominum, à quibus aliquid honoris accipere possunt; aut timent posse sibi noceri: & quemadmodum hi sunt innumeri, valdeque inconstantes tanquam fluctus maris: ita sunt innumeri fluctus curarum & anxietatum, quas in suis cordibus sustinent, & vel vnicus qui illos contemnat plus potest illos affligere, quam mille, qui illis deferunt, ad illos consolandos. Quemadmodum de seipso factus est superbus ille p̄ *Aman* dicens: cum hac omnia habeam (quod scilicet ab omnibus & à Rege & Regina in honore haberetur) nihil me habere puto, quâdum videri *Mardocheum* Iudæum, nullum mihi deferentem honorē. Denique S. *Gregorius* concludit, neminem posse numerare peccata, quæ imperandi essent ambitio: nam cum superbia sit generalis omnium vitiorum Dux, omnia conuocat, vt suorum ambitiosorum votorum compos fiat.

§. III. Remedia contra has tentationes.

I.

HAE sunt peccata damnaque superbiae & ambitionis: ex quibus licet arma sumere ad bellum contra eam ineundum, & victoriam de ea reportandam. Nam quomodo eam nō oderis, si attentius equi eius pallorem aspicias; & nomen tentatoris, quod est mors; & pedisse qui famuli, qui est infernus; perpende, quantam stragem in anima faciat; turbationes & afflictiones, quas adfert in vita; angustias, & anxietates, in quas conijciem hora mortis; & tormenta, quæ te expectant in inferno, in societate tentatoris, te ad hoc vitium prouocantis: & ita non negliges, illum odisse, ac repellere conantem te totum perdere. Descende consideratione ad eos aspiciendos, quos mors iam deuorauit; & statum, quem habent in sepulchro: & ad

uertes

uertes, quàm parui debeas facere hunc honorem & gloriam mundi; cuius finis est puluis, vermes, serpentes, fœtor, & horrenda fœditas. Descende adhuc vterius ad eos, quos infernus deuorauit, & ad ignominiam ac dolorem, quo in flammis illis æternis afficiuntur: & interroga ipsos superbos: quid sentiant de excellentia, quam hic habuerunt: & omnes respondebunt *quid nobis profuit superbia*, cuius finis fuit hæc æterna ignominia? ne decipiat te *viridis color equi*, qui magnam in te excitat spem, & longam promittit vitam, spatium pœnitentiæ, mortem felicem, magnum honorem, & perpetuam famam. Attende, hunc viridem colorem facillè declinare ad *pallorem* mortis: est enim falsus & fraudulentus: & propè es, vt omnia momento perdas. Viridis est color: sed *fœni*, quod citò siccatur. Clama, inquit Deus, Prophetæ; & ille: quid clamabo? dic *omnis caro fœnum, & omnis gloria quasi flos agri: siccatum est fœnum, & decidit flos. quia spiritus Domini sufflauit in eum*. O superbe, quid te erigis? attende, quòd DEVS in manu sua ventum habeat vrentem, qui possit in momento fœnum exsiccare; & florem istum, quem tu tanti facis, & cum minimè cogitaueris, tanta vehementia sufflabit: vt nec vestigium eius relinquat. Quid ergo superbis puluis & cinis, quid te iactas, inanis flos campi? attende, quòd Sol iste gloriæ, quem tu adoras aduret suis radijs florem tuæ vitæ; & erit causa, cur illa priueris; & simul cum illa amittas splendorem æternæ gloriæ.

AGGREDERE itaque pugnam cum feroci hæc superbiæ appetitionis equo: accipe in manu tua Ducis tui IESV arcum; & iacias in eum sagittas sententiarum, quas ipse iecit in superbos. toties repetens, quod, *qui se exaltat, humiliabitur; & nisi quis humiliauerit se sicut paruulus, non intrabit in regnum celorum*. Accipe item in manu ipsum arcum *crucis*, imitans exempla, quæ in ea tibi dedit: vt pugnes contra superbiam mundanam. Et quid aliud indicat figura *Regis*, quàm ibi habet, *arundo* data illi pro sceptro; *corona* ex acutis spinis contexta, *thronus* ad eò altus ipsius crucis, cui fuit affixus, *regius* titulus, quem supra ipsam posuerunt. Hæc omnia fuerunt ficti Regis insignia, ad irrisiõnem inuenta; sed heroica humilitate suscepta, ad confundendam tuam superbiam, tibi quæ animum addendum, vt alacriter pugnes contra illam. Attende: quocumque modo vitam tuam constituas, non posse te viuere absque aliqua *cruce*: nam neque ipsamet superbia est sine illa: licet cum magno tormento, & sine vtilitate. Et ita S. Bernardus exclamat: *ô ambitio, ambientium crux! quo modo omnes torquens, omnibus places, nihil acerbius cruciat, nihil molestius inquietat. Si igitur crux est ferenda, accipe Crucem Christi: & in ea gloriare: quia hæc cruce obtinetur vera libertas, summus honor, præclara fama, & gloria æterna.*

Non potestis, inquit Saluator, *duobus Dominis sibi inuicem contrarijs*

Pœna superbiorum consideranda.

a Sap. 5. 8.

Hodie viret, cras pallebit fœnum.

b Isa. 40. 6.

2.

Christi doctrina.

3.

Et Exemplum.

Lib. 3. de

Consid.

Cruc Christi, vel mundi tollenda.

4.

c Mat. 6. 24

d Lu. 22. 26.

Mundi ser-
uitutes into-
lerabilis.Honor stre-
tus exaltat.
Arist. 3. Eth.
c. 3. S. Tho.
2. 2. q. 129.
a. 2.
c Eccl. 4. 15.f Rom. 11. 13
Epist. 4.g Ezech. 17.
2.

5.

Excellentia
acclinanda.h Ioan. 15.
i Iudic. 9.

seruire: quia dum vni vis satisfacere, alterum offendis. Cum igitur Christus & mundus; Deus, & Dæmon sint inuicem contrarij: quomodo poteris seruire Christo humili, & mundo ambizioso? Deo, superborum hosti, & Dæmoni eorundem Duci: si verum honorem quæris, sequere Christum: in cuius schola, qui magis se humiliat, maiori honore est dignus; & qui d *maior esse desiderat, det operam, vt fiat sicut minor.* At mundo seruire; res est intolerabilis. nam in ipso solo plures sunt Domini sibi contrarij: & impossibile est, omnibus placere. Non vides, quales sint contentiones inter ipsos mundanos, dum vanos suos honores quærunt? volens igitur aliquorū voluntatem tibi conciliare, amittes aliorum gratiam. Et, si hi velint te honore afficere: alij id conabuntur impedire, teque contemnere. Melius est, nihil illis facere: & tunc multo maiorem honorem obtinebis. Et quæ maior excellentia, ait S. Chrysostomus, esse potest, quàm honorem contemnere, qui tantum in mundo æstimatur? quæ autem maior vilitas, quàm ei se prosternere. *nihil humilitate alius, nihil arrogatiā depressus.* Quodnam cor magis est depresum, quàm quod subijcitur hominum opinioni, & voluntati? & quodnam cor magis est generosum, quàm quod eorum dictis est superius, & ab his curis est expeditum? nam etiam ipsi Philosophi dicunt: magnanimos facere res magno honore dignas: propter quem tamen obtinendum nihil faciunt; potius illum contemnunt: nisi quatenus medium quoddam est, ad eadem bona opera melius faciendā; & proximos, quibuscum versantur, adiuuandos id enim voluit Sapiens, cū dixit: *e curam habe de bono nomine;* & Apostolus: *quādiu ego sum gentium. Apostolus, ministeriū meum honorificabo.* quemadmodum perpendit S. Bernardus: non dixit, *meipsum honorificabo;* sed, *meum ministerium.* At si honorem proprium, tanquam proprium aspiciens, illū contempseris: nihil amittes: quia ea ratione potius acquiritur, & cōseruatur. Siquidē solēne est Deo, vt ait Ezechiel, *g lignū humile exaltare, & humiliare sublime; & sic caro lignū viride: & efficere; vt frondeat lignum aridum.*

Hoc eodem spiritu fugiendæ sunt tibi, quod in te erit, huius mundi excellentiæ quibus fouetur ambitio: quasi subnuerares ferocem hunc equum, ne graue tibi inferat bellum. Nec solam earum studium est fugiendum: sed procul eazum occasiones sunt odorandæ, & tempestiue fugiendæ: quemadmodum Christus D. N. cū fecit miraculum illud, quo quinq; hominum millia quinq; panibus pavit, præuidens, plebē illam cogitare de ipso in Regem eligendo, h *fugit in montem ipse solus.* Quod si coniegit, huiusmodi dignitates tibi offerri: sequere, quod in te est cōsiliū *Oliuæ; vitis & ficus* quæ, ne fructus suos perderent, reiecerunt oblatum sibi primatū super reliquas arbores. Noli sponte tua ascendere in montem Bethel, & Dan, nec ad dignitates & prælaturas Ecclesiæ aut Reipublicæ: quod si iam illas babes, non tū

abique

abſque timore atque tremore: ne forte Satanas ponat ibi honoris & vana gloriæ idola; teq; excæcet, vt ea adores. præcipitans te ex altiori loco vſque ad abyſſum inferni. Memor eſto, hunc aduerſariũ duxiſſe ipſum Chriſtum Dominum ad k. pinnaculũ templi, ac impuliſſe, vt mitteret ſe deorſum, vt inde populi honorem captaret, videntis tale prodigium facientem. Et inde duxit ad montem excelſum, & oſtendens illi omnia regna mundi, & gloriã eorũ, dixit: hac omnia tibi dabo, ſi cadens adoraueris me. Quia proprium eſt Satana, procurare, vt homines ambitioſe loca ſuperiora conſcendant: alii ad pinnaculum templi, dignitates ſcilicet Eccleſiæ; alii ad montem excelſum, in quo apparet, & placet gloria & pompa ipſius mundi: vt eam ibi adorent, & ex ea præcipitentur. & cum prætextu quærendæ gloriæ, incidant in miſerandam ignominiam. Et, ſi tali tentationis genere auſus eſt Ducem noſtrũ aggredi: quid mirum, quod te aggrediatur, de quo ſperat, ſe facile obtenturũ victoriam? Sed facilius illam de eo reportabis, ſi feceris, quod fecit ipſe Saluator: qui nec voluit in pinnaculo manere; neque in monte; nec facere, quod hoſtis illi ſuggerebat: ſed potius illum confudit, reſpondens illi: non eſſe DEVM temendum, & DEVM ſolum adorandum, illique ſoli ſeruendum. Hunc in modum, nec ſunt acceptandæ excellentiæ ab hoſte tuo oblatæ; nec faciendum quicquam; quod idem ſuaſerit. Non debes te proſternere, aut genua flexere honoris idolo, cum iniuria veri DEI: quem ſolum debes adorare, ſolique ſeruire, ponendo ſub tuis pedibus idola omnia, quæ mundus adorat.

k. Mat. 4. 5.

Chriſtus de
excellentiã
tentatus.

CAPVT XI.

TENTATIONES INVIDIÆ ET RATIO

eas vincendi.



VM ſuperbia & honoris ambitione multa vitia coniunguntur, tanquam milites ſeruientes illis in eorum pugnis, vt in proximo capite oſteſum eſt: ſed omnium ferociffimi ſunt duo duces illorum ſeptem, INVIDIA ſcilicet & IRA. INVIDIA producit tentationes odij, rancoris ac triftitiæ, eò quod vident, alios emine- re in excellẽtia & honore: IRA producit furioſa vltionis deſideria, in impediẽtes ſtudiũ & conatum excellentiæ obtinendæ. Vtrumq; hoc vitium coniunxit Apoſtolus cum eorũ radice dicẽs: a Non efficiamur inanis gloriæ cupidi. inuicẽ prouocantes, inuicẽ inuidemes. & in lib. Iob eſt ſcriptũ: b Verẽ ſtultiũ interfici iracundia, & paruulũ occidit inuidia. ac propterea vtriuſq; pugna delinẽtate ſunt in tentatore illo, qui ſedebat in equo pallido, cui nome mors, & quem infernus ſequebatur. Nam incipiẽdo ab INVIDIA; meritò tentator eius

a Gal. 5. 26.

b Iob. 1. 2.

c Apoc. 6. 3.

Cc 2

appel-

Sap. 2. 24.
Inuidia
crudelis pal-
lida.

1. Ioan. 3. 12.

2. 2 q. 16.
a. 1.

Inuidia
temporalis.

Spiritualis.

1. Iob. 2.
Lib. 5. Mor.
cap. 3.

Inuidia
mundi.

g Gen 37. 11.

h 1. Reg. 18.
8.

appellatur mors: liquidè Sapiens dixit: *inuidia diaboli mors inuicem in omni-
terrarum, & inferni fores sunt reueratae.* Prima enim mors, quam post Ada-
mi peccatum Dæmon intulit, fuit per inuidiam: nam cum e *inuidia excisset
Cain: mox illum impulit, ut fratrem suum Abel occideret.* Sed prius tamè inui-
dum torquet vehementer, redditque illum *equum pallidum*, mactum, ac de-
bilem, qui tamen nec propterea desinit esse fortis, animosus, & audax, ut
ptum sit Dæmoni instrumētum in eius pugnis, ut apparet in crudeli illa pu-
gna, quam Pharisei ex inuidia contra Christum Dominum excitarunt, quo-
rum opera vsus est Satanas, tanquam ferocium equorum, ad omnes calum-
nias & persecutiones, quas adinuenerunt: donec illum vita priuarunt. Et ea-
dem rabie per homines persequitur innocentes, seruens mille tentationes,
quibus eos deiciat, ac prosternat.

SED, ut huius vitij, eiusque tentationum qualitates melius intelligan-
tur: aduertendum est, quod inuidia (vt ait S. Thomas) est inordinata qua-
dam tristitia de prosperitate aliena, quatenus propriam imminuit. Et
quoniam hæc prosperitas est duplex, alia temporalis & mundana, al-
ia spiritualis & religiosa: ita etiam duplex est inuidia. *Prima* est pro-
speritatum *temporalium* proximorum nostrorum: cum dolemus, quod
illi excellent in diuitijs, dignitatibus, officijs, & familiaritatibus Prin-
cipum; alijsque similibus rebus, quas mundus hic amat, & magnificat.
Et hæc inuidia est filia superbix mundanæ: quæ quoniam easdem excel-
lencias pro se cupit, tristatur, quod eas videat in alijs cum suo detrimen-
to. *Secunda* inuidia est prosperitatum *spiritualium* in virtutibus, & scientijs
quæ, etsi nobis non imminuantur propterea, quod alij illas habeant: dimi-
nuit tamen honorem & gloriam singularem, quam nos cupimus, ac propte-
rea tristamur; quod videamus alios in illis excellere. Et hæc inuidia ori-
tur ex spirituali superbia, quæ cupit sibi virtutes & scientias propter glo-
riam, ex eis nascentem. Et de vtraque inuidia intelligit S. Gregorius
quod dicitur in Iob *f Parvulum occidit inuidia.* Parvulus, inquit, est in-
uidus altera ex duabus causis: AVT quod amet bona temporalia, quæ
sunt ex se vilia, & abiecta, (est enim parui cordis, fierieorum manci-
pium: & tristari, quod alij eadem habeant in maiori abundantia)
Et hoc pertinet ad primam inuidiam, quæ valdè cruciat aulicos, & eos
qui talia in mundo assequi conantur: ut neque amicis, neque socijs,
nec fratribus quidem parcant. Quemadmodum apparuit in *g filijs Iacob
invidentibus* fratris sui *Ioseph* prosperitati: quæ quamvis tunc alia non es-
set, nisi quam in somnijs acceperat: somnus tamen, qui eam prædi-
cebat, inuidiæ fuit esca & fomentum. Imò neque ipsi Reges
ferre possunt, subditos sibi in re aliqua præferri: sicut h *Saul*

à malo

in malo hoc spiritu raptatus, cum laudes audiret Dauidis, & felices eius in suis rebus euentus, *iratus est nimis*. Alio etiam modo *paruus* est inuidus in rebus spiritualibus etiam si illæ magni fiant. Si enim non se paruum & inferiorem in eis iudicaret: non inuideret ijs, qui ipsum excellunt. Hæc inuidia valde torquet *demonem*, cum videt hominem exaltatum ad dignitatem filij DEI, & ad ius beatitudinis acquirendæ, quam ipse amisit. *Quem* (vt Sapiens ait) *inuitantur inuidi, qui sunt ex parte illius*. qualis fuit *Cain* qui contristatus est & *iratus valde*: quod videret, DEVM valde fauere fratri suo Abel. Ex quo satis apparet, quamuis hoc vitium omnes mortales aggrediatur: multo tamen magis honoris & gloriæ amatores, & pusillanimes: qui quodcunque bonum magni æstimant, cum vident se ab alijs superari: ex quo valde affliguntur.

NE VERÒ decipiatis in iudicio de hac tristitia ferendo, aduertit S. Thomas: quatuor esse genera tristitiarum de alieno bono. *Prima*, quatenus eius causa *damnum* aliquod proprium, aut aliorum times: quod aliquando esse potest sine peccato. Nam (vt ait S. Gregorius) absque detrimento charitatis potest fieri, vt ex inimici tui lapsu læteris: eiusque prosperitas, absque inuidiæ culpa te contristet: quando ex tali lapsu alij boni & afflicti recipiant; & ex eius prosperitate, alij opprimuntur iniuste. Sed & hæc tristitia potest aliquam culpam habere: si doleas, videre illum exaltatum, eò quòd possit tibi in aliquo nocere, licet non iniuste: semper tamen est *suspecta*, ob vicinitatem, quam habet cum odio. quia facile odio habebis ipsum inimicum, prætextu damni tui, quod horres. *Alia* tristitia oritur ex alieno bono, non quòd alter illud habeat; sed, quòd tu illo *careas*. Quæ tristitia, si est propter defectum bonorum spiritualium, quæ alij habent, laudanda est: & appellatur *Zelus*, siue *amulatio*, qua quis optat, par esse bonis, vt ipse sit bonus. *Quemadmodum* Apostolus ait: *in amulamini spiritualia: in bonum emulamini in bono semper*. hanc amulationem appellare solemus *sanctam inuidiam*. de qua dixit S. Hieronymus ad *Lætiam*: habeat filia tua socias aliquas, vt simul cum illis discat, eisque inuideat: quarum laudes illam pungant, vt imitetur bonum, quod in eis videbit. Sed si hæc tristitia esset ob defectum bonorum temporalium, quæ alij habent; tantum censeretur vitiosa, quando defectus esset superfluum; non tamen censeretur talis, si defectus esset necessaria, aut stanti tuo conuenientia: quamuis maioris esset perfectionis hunc ipsum defectum læto animo ferre. *Tertia* tristitia est de bonis, quæ alij habent: quibus tamen sunt *indigni*. Si igitur tristitia est propterea quod illi in DEI iniuriam illis abutantur: tristitia est *sancta*, & ex charitate ducit originem: si tamen solum propterea inuides, quòd videantur tibi bona illa temporalia in huiusmodi improbis hominibus malè collocari, inuidia est *superflua*: siquidem prouidentia DEI omnia gubernan-

Inuidia Dæmonia.

Sap. 2. 25.
& Gen. 4. 5.

S. Tho. supra
a. 1. ad 3.

Tristitia duplex.

Li. 22. Mor.
c. 11.

1.
De damno proprio.

2.
De bono quo careas.

1. Cor. 14. 1
in Gal. 4. 18.

Epi. ad Lætiam, de Inst. filia.

3.
De bonis indignorum.

4
De bono
quod nos
obscurat.
Li. 5. Mor. c.
37. S. Th. su
pra. a. 4.
Filia inui-
dia.
2. 2. q. 34.
a. 6.
2. 2. q. 14. a. 2.
Peccatum
in S. Spiri-
tum.

a. Iob. 5. 2.
Inuidia
morsifera.

Serm. 83. de
temp.

Hom. sup. 1.
Cor. 13. 25.
& 2. Co. 12.
20.

Li. 5. Mor. c.
31. & 3. p.
Pastoral. ad
mon. 11.

»

»

»

Omnia bo-
na corrup-
pit.

»

»

b. Pro. 14. 30.

»

»

»

tis illa voluit eis dare: siue, vt se emendent, siue, vt in hac vita remunereta-
liqua bona, quæ faciunt aut ob alios fines, quos non assequimur. Denique est
alia tristitia de bono alieno, quæ proprium nostrum imminuit & obscurat:
& hanc vocamus *inuidiam* vnum ex septem capitalibus vitijs, iuxta sen-
tentiam S. Gregorij. Est enim initiũ multorum aliorũ peccatorum, eorum
præcipuè, quæ ipsius filia vocantur. Murmuratio scilicet de proximo, vt
bonam ipsius opinionem imminuat; lætitia de eius aduersitatibus; afflictio
animi, ex eo quod non possit illius prosperitates impedire; odium cum qua-
dam ira & rabie, qua velit illũ vita priuare: irad' interdum eò peruenit, vt
spirituale proximi bonum oderit; & *gratia augmentum*, quod habet: & tunc
est vnum ex peccatis, quæ dicuntur in Spiritum S. est enim perinde, atque
si inuideret *glorie*, quæ ex huiusmodi bono Spiritui S. tribuitur, à quo illud
procedit.

§. I. *Inuidia grauitas & malitie considerantur.*

EX hæcenus dictis, huius vitij grauitas innotescit. de quo merito dici-
tur, quod a *occidat paruulum*. eius autem tentator appellatur *mors*: eò
quod horrendas mortes inferat, vnam *spiritualem*, quæ priuat gratia & cha-
ritate, quæ vita est animæ; alteram *corporalem* ac temporalem, quatenus cor
cruciat, exsiccet ossa, & facit putrescere. Ac propterea ait S. Augustinus: in-
uidiam esse *viperæ* similè, quæ matris eã concipientis viscera rūpit: qua ex-
tineta, ipsa exterius prodit. & S. Chrysostomus eam appellat *vermem* ro-
dentem pectus, & *serpentem* in corde implicatum, & expressam quandam *sa-
tana* imaginem. Nam, vt S. Gregorius ait: quamuis per omne vitium, quod
perpetratur, humano cordi antiqui hostis virus infunditur: in hac tamen
nequitia, tota sua viscera serpens concurrit, & imprimendæ malitiæ pellem
mouet. nam cum deuictum cor liuoris putredo corruperit, ipsa quoq; ex-
teriora indicant, quæ grauitè animum vesania instigat. color enim pallore
afficitur, oculi deprimuntur, mēs accenditur, & mēbra frigescūt. sit in co-
gitatione rabies, in dētibus stridor, cumq; in latebris cordis crescēs abscon-
ditur odiũ, dolore cæco tenebrat conscientia vulnus inclusum. Nihil tærum
de propriis libet, quare tabescentem mentem sua pæna sauciat, quæ felicitas
torquet aliena: quantoq; extranei operis in altũ fabrica ducitur, tãto fũda-
mentum mentis liuidæ profundius suffoditur. vt quod alii ad meliora prope-
rãt, eò ipsi deterius ruãt: qua ruina videlicet etiam illud destruitur, quod in
aliis actib. perfecto opere surrexisse putabatur. Nã inuidia cū mentem tabe-
fecerit, cūcta quæ inuenerit benè gesta, consumit. vnde benè per Salomo-
nem: *b. vita carniũ sanitas cordis, putredo est inuidia*. quia per liuoris vi-
tium, ante DEI oculos pèreunt præcipuæ virtutes, ossa quippe per inuidiam
putrescere; est, etiam quædam robusta deperire. hæc S. Gregorius.

ex di-

Ex dictis apparet, inuidiam omnibus esse perniciosam, non solum inuidis ipsi, sed etiã cui ipse inuidet. Nam inuidi, ait S. Chrysoſt. tanquam furioſi ſolent ſeiſpſos proprio gladio configere: & ſunt feris ipsis crudeliores; demonibus æquales, & forte peiores. *Fera* enim non inuadunt nos, niſi fame compulſa, aut à nobis irritata: at inuidi proprios amicos tanquam hoſtes perſequuntur. *Demoni*, quamuis iuideant hominibus, quos perſequuntur: inter ſe tamen non diſſentiunt, (quemadmodum Saluator noſter Iudæis inſinuauit, cum dixit: *cfi ſatanas in ſeiſpſum diuiſus eſt, quomodo ſtabit regnum eius?*) at inuidi, eiſdem naturæ homines perſequuntur. Et quemadmodum *Baſiliſcus* habet venenum in viſu, quo interim, quem aſpicit: ita ait S. Bernardus, *oculus* inuidi aſpiciens bonum alienum, ſeiſpſum inſicit veneno: & quod in ſe eſt bonum etiam, quod aſpicit, inſicit: quia illud odit: ex quo fit, ut *oculus inuidi*, ut ait Sapiens, *ſit nequam*, & ſuſpicioſus, calumnias ſemper in aliis quærens, quibus ipſemet excæcatur, e *ita ut per diem & in clara luce errat tenebras; & quaſi in nocte, ſic palpet in meridie*. quemadmodum enim Sol nimia ſua luce oculos excæcat: ita bonorum proſperitas ſolet liuidos excæcare: qui (ut ait Sanctus Gregorius) cum vident opera bona iuſtorum, quærun, quæcunque poſſunt mala, ut eorum obſcurent gloriam: ſed illi potius obſcurantur & contabescunt, non inuenientes quod quærebant: etiam ſi fingant, quod vellent. Quemadmodum illi *f Sodomita*, cum vellent Loth opprimere, & vi domum eius intrare, fuerunt ab Angelis *uocitate percufi*. ad ſignificandum, quod inuidi etſi occaſiones quarant iuſtos acculandi, quemadmodum Phariſæi quærebant, ut acculaſſent Saluatorem: non inueniunt. & in pœnam inuidiæ ſuæ obſcurantur, & ratio & fama ipſorum.

Dictis addendum eſt hoc vitium (ut ait S. Chryſoſtomus) *difficillimam* omnium habere curationem; Et qui hac peſte ſunt infecti, (ait Caſſianus) eſſe *ſere incurabiles*, eiſq; competere, quod dixit Deus per Ieremiã: *ecce ego mitto vobis ſerpentes regulos, quibz non eſt incantatio: & mordebunt vos*. qui ſunt illi Baſiliſci ſiue reguli, niſi affectus inuidiæ: quos Deus mittit in pœnam aliorum peccatorum: ut mordeant, torqueant, & yrant inuidos: contra quos bellulicos nihil valet viſ & induſtria incantatorum: eò quod fortiffimè reſiſtant ſuæ curationi. tum quod *pudeat*, inuidiam ſuam patefacere, eò quod ſit vitium hominum abiecti animi: quare occultantibus vulnus non poteſt medicus adhibere remedium. tum quod ipſiſmet adhibitis remedijs ipſius vitii *augentur*. *Atharus* enim placatur donis; *iratus*, ſi dedat ſe, & ipſi ſe ſubijciatis, in quem ira mouetur; *ſuperbus* etiam conqueſcit, cum quis ſe ipſi humiliat: at liuidus ipſomet bono ſibi oblato ſuam fouet inuidiam: quia dolet, cum alterum videt humilem, ingenuè liberalem, & bonum.

quem-

2.
Homil. 36.
in Ioan.Inuidia cru
delitas.

e Luc. 11. 18.

Ser. 12. in Pf.
90. Caſ.
infr.
d Eccl. 14. 8.
e Job. 5. 14.Lib. 6. Mor.
c. 15.

f Gen. 19. 11.

Inuidi ob
ſcurantur
luce aliena.3.
Suprà.
Col. 18. c. 17.
g Iere. 8. 17.Inuidia
incurabilis.

quemadmodum vidimus in filijs *Iacob*, & in *Saule*, quos nunquam potuit humiliatio & subiectio Ioseph ac Davidis placare: potius magis quotidie crescebat. Sicut nec *Pharisei* liuorem suum deponere potuerunt: quamuis innumeris beneficijs à Christo D. N. afficerentur. Et hæc est causa, cur peccatum equum pallidum, infernus sequeretur: quasi eum statim deuoraturus in suo peccato obduratum.

§. II. Pugna contra Inuidiam, eamq; expugnandi modus.

SED quoniam nullum vitium in hac vita est omnino incurabile, eò quòd facillimum sit Deo, quod hominibus videtur impossibile: oportet in pugna prodire cum feroci hoc equo, fidendo diuinæ potentia, quòd eum possit enervare, mortificans *duplicem* ambitionem, quæ vtriusq; inuidiæ sunt nerua.

1.

ET cum *mundana* inuidia paruulos tantum occidat, qui vitæ huius bona magna reputant, & honorem illa consequentem: induas cor *magnanimi* quo temporalia omnia exigua esse existimes, sicut verè sunt nihil comparatione æternorum. Si vir *generosus* non inuidet honori alicuius *futuri*, propterea quòd calceos benè aptauerit; neque *sartoris*, quòd vestes aptè sciderit, quia hæc ita abiecta, suaque nobilitate indigna iudicat; etiam si ad vitam descendam sint necessaria: multò igitur magis *Christianus*, qui filius est Dei, æternique eius regni hæres, non debet alteri inuidere, propterea quòd eum videat in honore esse *ob temporalium* bonorum possessionem: quæ verè abiecta sunt & vilia, si cum bonis, quæ habet in anima, & sperat se habiturum in vita æterna conferantur. Procul valdè à liuore erat is, a *qui omnia terrena arbitrabatur ut stercora*; & quæ sibi fuerant luera, arbitrabatur propter Christum, & eminentem eius scientiam, detrimenta.

Magno animo sperne omnia terrena.

a Phil. 3. 8.

2.

Quid inuides morti-
suro?

b Eccl. 14. 12
c Ps. 78. 17.

ASPICE attentè nomen tentatoris huius inuidiæ: & inuenies, quòd implet tentator, si benè attendas, eam remoueat. si enim ille appellatur *mortis*, ipsa morte finitur inuidia: nunquam enim quis inuidet mortuis. Ne itaque ad eò attentè consideres præsentem excellentiam eius, qui te præcedit; qui finem, quem citò est habiturus, cum *h* morte scilicet, quæ non tardat: & sic cessabit inuidia. propterea enim dixit David: *c* ne timueris, aut tristes, cum diues factus fuerit homo, & cum multiplicata fuerit gloria domus eius: Quoniam, cum intierit, non sumet omnia, neque descendet cum eo gloria eius, quamdiu ille vixerit benedicetur, & prosperabitur: sed mox atq; obierit, ibit cum patribus suis in abyssum: nec amplius vnquam videbit lumen, aut diem habebit prosperum. Quis Alexandri Magni prosperitati inuidebit: si cum confideret in inferno ardere? ne inuidias humanæ prosperitati, quæ fortè causerit aduersitatis, & infelicitatis æternæ.

QVOD

Quod si strenuus sis miles; sicut David non alijs armis indigebis, vt dicitur *Gigantis illius Goliath amputes caput, quam proprio ipsius gladio.* ita enim Deus permittit, vt mundanae superbiae Gigas secum gestet gladium inuidiae; quo caput illi amputes: & ipse tamen hebetetur ac destruat substractus Giganti, illum fouenti. Age, dic mihi humana superbia, si honores quæris, cur inuidia præbes aditum: est ne aliquid magis ignominiosum, quam inuidere proximo? sic enim protestaris, cum esse magis honoratum; te verò abiectionissimum habere cor: si erubesceres, quod alius te ambitiosum, aut liuidum appellaret, ob iacturam honoris, quam caratione incurreres: cur vitium illud admittis, quod honorem aufert, quem quæris: si studeas illud occultare, ne opprobrium tibi adferat: melius est abijcere; & illud conculcando honorem consequi.

Quod si generosè de vtraque inuidia triumphum agere velis: indue arma humilitatis, & charitatis Christiana: & sic faciliè ad terram illas deijcies. *Humilis* enim, quoniam sui contemptum amat, gaudet, quod alios videat exaltari: etiam si ex eo ipse magis humilietur. dicit enim de proximo suo, quod S. Ioannes Baptista dixit de Christo *illum oportet crescere, me autem minui.* bene enim mihi est, quod ille exaltetur, & ego humilier. Et qui perfectam habet *Charitatem*, quoniam DEVM valdè amat: etiam quodcunque bonum, quod videt in suis creaturis, amat, gaudens de diuina bonitate, quæ in illarum bonis præluet. Et quoniã proprium bonum amat: ita etiam proximorù, nam amore, illorum bonum faciet suum. Qui cupit inuidia carere (ait Sanctus Gregorius) illam amet hæreditatem; quæ non minuitur multitudinem hæredum: quia in omnibus est eadem, & in singulis tota, & eò magis eius magnitudo apparet: quod recipientium multitudo magis dilatur, *minuitur*: ergo liuoris est affectus surgens internæ dulcedinis; & plena mors eius est perfectus amor æternitatis. Nam qui interiori Spiritus suauitatem delibat, tristitiam de alieno bono à se repellit: æquè de illo gaudens, acque si esset proprium: & qui perfectè amat æterna bona: non inuidet alijs nec temporalia bona: quia illa contemnit; nec spiritualia, quia ipsum non retardant, sed potiùs eius adiuuant conatus.

Sed, ne animum abijcias ob importunas huius vitij tentationes, attende: sæpè eius affectus nos pulsare; sed nisi hæreant, non nocere: vt potè qui nolentem inuadant. quare meritum potiùs habes ex resistentia. Quod S. Bernardus ita declarauit: rara (inquit) virtus est alienæ non inuidere virtuti. Sed quamuis aliquid tale sentias, non tamen in tuo profectu deficias. Quod si dicas, quomodo ego proficere possum, qui fratri proficenti inuides? si doles, quod inuides: sentis; sed non consentis. Passio est aliquando sananda, non actio condemnanda. Tantum non illic resideas, iniquitatem

3.
d. 1. R. 17. 51.

Inuidus honore excidit, quem quaerit.

4.
Humilitas & charitas venena Inuidia.

Ioan. 3. 30.

Lib. 5. Mor.

co. 31.

cc

cc

cc

Æternitatis consideratio pellit Inuidiam.

5.
Inuidia abesse consentis.

Serm. 29. in

Caus.

cc

cc

cc

meditans in cubili tuo: qualiter scilicet hunc tuum foueas morbum, iustitias pesti, persequaris in fontem, bene ab illo gesta calumniando, deprimendo, peruertendo, atque impediendo gerenda. Alioquin non nocet ambulanti & extendenti se ad meliora: quia magis confunditur, sic se esse male affectum & si studeas inolitum à te vitium expellere, confitendo, flendo & orando, vt DEVS illud remoueat. quòd si adhuc hæreat mitior inde ad omnes atque apud alios humilior inuenitur, hæc S. Bernardus. quibus media complectitur generalia, ad hoc vitium expugnandum, cum nos aperte inuadit.

6.

Lib. de spir.
perf. c. 99.
Occulta in-
uidia.

Li. 22. Mor.
c. 16. in illud
Iob. si ani-
mā agricola-
rū afflicti
Iac. 3. 14.

g. Nu. 11. 29.

7.
Senes cum
iunioribus
laudant
Deum.
h. Luc. 19. 28

Mat. 20. 1.

Nota.
Hæc 36. in 10

SED interdum solet occultè nos oppugnare, sub titulo religionis & pietatis. quia enim ipsa valdè est deformis: vultum operit, ne agnoscat. Alii iusti (ait S. Diodocus) sub pretextu amoris DEI incidunt in zelum liuidum. optantes nullum esse, qui ita seriuò atque ipsi DEO seruiant: ideoque dolent, si quis illos præcedat. Quod oritur ex defectu humilitatis, & charitatis. quare exercitio vtriusq; huius virtutis ab hac aded stulta imperfectione repurgata, zelum suum corrigere oportet. Aliqui etiam Prælati (ait S. Gregorius) pretextu officii suum exactè præstandi, liuore quodam prohibentia os cõcionari, ac docere; ac de ijs etiam malè loquuntur, qui hæc officia bene præstant. Contra quos S. Iacobus Apostolus dixit: *quod si zelum amaram habetis: & contentiones sunt in cordibus vestris; non est hæc sapientia de sursum descendens: sed terrena, animalis, Diabolica.* Qui enim non propriam gloriam, sed Domini sui querit, cupit iuuari in eo, quod facit; vt ab omnibus DEVS magis glorificetur. Eum in modum, quo Moyses liuido suo famulo, qui volebat prohiberi prophetans. g. quid, inquit, emularis pro me? quis tribuat vt omnis populus prophetet, & det eis Dominus spiritum suum.

ALII nomine antiquitatis in virtute & Religione malè sentiunt de tyronibus in ea, qui suo seruore ipsos præcedunt, & maiores à Deo fauores experiuntur: & hac inuidia acti malè de illis loquuntur, imò in ipsum DEVM conuertuntur, eò quòd non ipsis similes, aut etiam maiores exhibeat. sicut h. frater natus maior filii prodigi, inuidit fratri suo fauores à patre exhibitos: & propterea etiam contra patrem murmurauit. sicut etiam qui laborarunt in vinea tota die, inuidebāt quòd eadem merces daretur ijs, qui vnica hora laborauerant: & ita murmurabāt contra patrem familias: qui tamen i. vni eorum dixit: *num oculus tuus nequam est, quia ego bonus sum?* quasi dixerit: si ego meam probitatem manifestare volo erga immeritum: oculus tuus, qui hoc videt, erit basiliscus, qui virus suum iaculatur per inuidiam? Sed quis non obstupescat, attendens occasionem, quam oculi accipiunt, vt nequam sint? cum vere nulla alia sit causa, quam quòd Deus sit bonus. Reliqua vitia (ait S. Chryostomus) aliquam excusationis speciem habent: quia fundantur aut in carnis propensione ad delicias: aut in necessitate sustentationis; aut in accepta in-

invidia; aut in honore, quem desiderat: at liuidus nullam habet excusationem: quia nullo accepto ab alio detrimento, oppugnat probum; & cum ipsum, à quo beneficium accipit: eo solo nomine, quod *bonus* sit, & quod *Devs bonum* se erga illum præbeat. Accipitur in manu tua arcum suppremi tui magistri: & quando te inuidia aggreditur, iacias in illam has sagittas, vt illam disturbes. Erubescere *ô basilisce*, quod oculus tuus sit nequam propterea solum, quod *Devs* sit bonus. Ne sis instar *aranei*, qui omnia in venenum conuertit: sed instar *apis*, quæ omnia vertit in dulcedinem. Noli *satanam* imitari, qui ex bono malum haurit: sed ipsummet *Devm* qui ex malo nouit elicere bonum. *Matth. 23. 37.* *tolle, inquit, quod tuum est, & vade.* esto contentus & quietus eo bono, quod *Devs* tibi dedit; gratiasque age: nec te per inuidiam indignum facias, cui *Deus* illa conseruet. Qui enim de alienis bonis tristatur, dignus est, qui propria amittat. O si profundius penetrares, vt cognosceres quod tuum est; & videres, te non habere aliquid, cur inuideas alienis bonis. Attende quid pater misericordiarum dixerit maiori natu filio inuidenti: *omnia mea tua sunt*: cur igitur inuides fratri tuo; si *Devs* est Pater tuus, & omnia ipsius, tua sunt: quid tibi deest, quod inuidere possis? propterea in celo nulla est inuidia inter iustos: etiam si aliqui plus habent, quam alij, quia omnes secum habent *Devm*; & in eo omnia, quæ sua desideria satiare possunt. cuius gaudij partem reputant diuinæ sapientiæ consilia, & æternam eius dispositionem in beneficiendo omnibus; seque cum illis diuersis ad eum modis coniungendo. Studeas igitur ex nunc imitari Sanctos, quibus desideras æternam coniungi. Quod si hæc imitatio & similitudo ob suam sublimitatem te obombrat: ingredere te ipsum, & aliam inuenies valde proportionatam. Nūquid *pes inuidet manus, aut manus oculo*? non est talis inuidia inter eisdem corporis membra: quia omnia eandem animam habent: adeoque ipsi est coniunctus pes, sicut oculus, & manus. Quod si oculus est necessarius ad bonum corporis: etiam pes & manus ad idem pertinent. cum igitur *Devs* te fecerit membrum mystici corporis Ecclesiæ suæ: esto quietus & contentus gradu, quem tibi in ea dedit, nihil inuidens alteri altio rem locum. Nam die resurrectionis, & pes & manus suam gloriam habebunt; & magni & parui laturi erunt, contenti & honorati, videntes *Devm*, eiusque gloria in æternum fruentes.

Bonitas Dei
obiectum
Inuidia.

Matth. 20. 14

Luc. 15. 31

Quid inuides qui in Deo omnia habes.

Matth. 12. 21

Nullum membrum inuidet alteri.

CAPVT XII.

FFRIOSAE TENTATIONES IRAE ET
*impatientiae earum q̄ radices & re-
 media.*



Septem vitis, quæ in Satanæ pugnis eius sunt quasi duces, *ram* constituit, quæ vlciscatur, iniuriarum, quæ hominibus inferuntur, vlticem, Zelantem mundanæ superbiæ honorē: que nec minimam iniuriam ferre potest. Fungiturque hoc suo munere aded̄ crudeliter, vt sedeat super *equum pallidum*, & comminetur magnos terrores & cruciatus: cuius nomen est mors quia nulli iniuriantiam vitam donare veller: eam proximè sequitur infernus: ad quem rabie sua mittere cupit omnes, qui iniuria aliqua ipsam affecerint; & sic vltionē accipere sempiternam. Sed illa tamen præcedet: quia diuina iustitia vlciscetur deo, qui ausus est autoritate propria vltionem de alio sumere.

SED, vt huius vitii proprietates melius intelligantur, incipiamus à similitudine, quam habet cum impatientia. Quæ (vt ait Sanctus Gregorius) est nimia quædam tristitia iniuriis & calamitatibus, orta ex desiderio illas non habendi: super hoc tamen addit ira furiosum quendam appetitum vindictæ, in eum, qui iniuriam intulit: vt ab ea liberetur. *Impatiens* itaque est, qui malum, quod illi accidit, non tolerat cum cordis tranquillitate, sed cum inordinata amaritudine: at *iratus* etiam aliis dat occasiones impatientiæ, ostensis vindictæ signis & affectibus. Et ita Sapiens dicit: a vir iracundus prouocat rixas; b sicut carbones ad prunas, & ligna ad ignem: illud tamen est verum: hæc duo vitia ferè semper esse connexa: nam impatiens statim fit iratus, eructans murmurationes, querelas, & alia signa indignationis in alios; iratus autem semper est impatiens: quia tristitia iniuriæ excitat ad vindictam. Quare de vtroque simul agendum, & gradus explicandi, per quos ascendunt vsque ad supremum: vt fecit S. Dorotheus ex similitudine eius qui ignem cupit accendere. Qui primùm paruam *prunam* accipit, & in *stramine* collocat, cui *ligna* superponit, & *sufflat*: donec *accendatur*. Ex quo quatuor ordine suo consequuntur, primùm *fumus*, deinde *flamma*, tertio *pruna*, quæ ex lignis sunt; ac denique *nigri carbones*, in quos *prunæ* conuertuntur. Hunc ergo in modum ait hic Sanctus: cum aliquid palato tuo aduersum accedit, aut verbulum aliquod iniuriosum tibi dicitur, quod est quasi paru-

3. p. Pastor
 a a monit. 17
 Impatiens
 quid differat
 ab irato.

a Pro. 15. 18.
 b c. 26. 21.

Se inuicem
 comitantur.
 Serm. 8.

scintil.

Centivilla: illud loles in *focum* tuæ imaginationis admittere, & *stramen* ac *lingua* variarum rationum superponere, ad ignem fouendum: & cogitatione ac discursu *sufflans* in eas, magnum cogitationum *ignem* intra teipsum excitas, dicens quis hic est, qui me hac iniuria affecit? quid illi feci? quæ illi mens fuit, cur ausus est me aggredi? quid illi potero respondere? quomodo vlciscar? si enim non vlciscar peius erit, & alii idem tentabunt, quod hic: & nunquam habebō quietem. His flatibus exurgit *primus* gradus iræ, qui est animæ turbatio, & cogitationum pugna, quæ commouent ac effundunt cor: sunt que instar *fumi*, ignem præcedentis, quia oculos rationis offuscant, & mentis ratiocinationes ita obscurant, vt lucem impediunt, qua illæ dignoscantur. Quamobrem dixit Dauid *turbatus est a furore, & in ira oculus meus, anima mea, & venter meus, siue memoria mea.*

PRIMUM, quo iratus excœatur, est, quod existimet, se causam iustam habere, ac iure irasci. Nulli enim (ait S. Augustinus) ira sua videtur iniusta, quare sub prætextu iustitiæ, appetit vltionem: & S. Gregorius: *omne quod furor suggerit, rectum putat.* Ac propterea scriptura sacra e *iratum* appellat *stultum*, ut que: *iram in sinu stulti requiescere.* quia verus stultus est, qui eam admittit, & cum admittit, fit adhuc magis stultus: quia amittit lucem veræ sapientiæ, & splendorem diuinæ gratiæ. Et in hoc sensu dixit Apostolus: *g sol non occidit super iracundiam vestram.* Hoc est, ne perduremus in ira tam diu, vt sol iustitiæ nobis occidat, & ratio ipsa obscuretur fumo perturbationum à passione nostra excitatarum. Hinc etiam prouenit, vt ira, rerum cœlestium contemplationem impediatur: quemadmodum S. Dionysius significauit cuidam monacho Demophilo nomine, dicens: qui mansuetudinem amittit, familiaritatem cum DEO amittere: qui non delectatur agere cum iratis. Et S. Apollolus, vt in orationibus perseueremus, suadet; *h leuare puras manus sine ira & despectione.* Nā oculi à furore turbati, nec se, neq; DEVM videre possunt; nec contra cor suum continere: nam turbationes multæ internæ illos ab eo expellunt. Et quemadmodū fumus a pes fugat, ita cogitationes iræ fugant iucundas de Deo cogitationes: inferunt verò alias valde amaras. Quia huius passionis fumi, (vt ait S. Ioannes Damascenus) sunt vapores fellis, qui amariendo turbant: aut (vt ait S. Gregorius) sunt ex genere viperarum, quæ lacerant viscera materna, & priuant omni deuotione & misericordia.

POST hunc fumum sequitur iræ *flamma*, feruor scilicet, siue furiosus cordis impetus, quo totum corpus commouetur, sanguis accenditur; & flammæ quasdam pessimorum affectuum in ipsum proicit iniuriantem. Hæc enim passio (vt S. Thomas ait) secum adfert quandam inflammationem sanguinis prope cor existentis, ex quo prouenit (vt S. Gregorius ait) vt ipsum cor palpitet, corpus totum tremat, lingua impediatur, accendatur

Quatuor
ira gradus.

Fumus ob
ficans.
S. Tho. 12. q.
48. a. 1.

c Psal. 6. 2.
d Psal. 30. 10

1.
In psal. 149.
Lib. 5. Mor.
c. 30.
c Tob. 5. 2.
f Eccl. 7. 10.

g Eph. 4. 26.
Ita S. Greg.
supra &
Casianus l
8. c. 9.
Epist. 2.

h 1. Tim. 2. 8

Lib. 2. fidei
c. 16.
S. Th. supra
c. 2. S. Greg
supra.

2.
Flamma e-
rumpens.
Supra.



Hom. 10.
variar.
hom. 7. in
Ioan.

3.
Pruna vindicta.

Matth. 5. 22.

Omnis ultio displicet Deo.

4.
Memoria iniuriarum cum odio.
Supra.
In psal. 149.

k Pro. 29. 22.

S. Tho. 2. 2.
q. 1. 8. a. 7.

1 Ezech. 9. 2.
6. Filia ira.

m Psal. 7.
v. 5.

vultus, & oculi quasi scintillas quasdam emittant: ita vt nec presentes agnoscant: & tunc iratus est tanquam obiectus & abreptus. Et S. Basilius, & S. Cryostomus addunt: iram esse stultitiam quandam, aut phrænesim breuem in furiosis motibus, quos excitat.

Ex hoc secundo gradu ascenditur ad tertium, quem S. Dorotheus accensis *prunis* comparat, vocatque iram perfectam, certum scilicet ac firmum voluntatis decretum, vindictam sumendi de eo, qui intulit iniuriam. Ad quod varias vias & rationes adinuenit: aut re ipsa malum pro malo illi reddendo; aut negando bonum, quod conferre posset, aut verbis iniurias in eum proferendo, aut signis aliquibus iram suam in vultu, oculis, & manibus ostendendo. Quæ omnia complexus est Christus D. N. cum dixit: *i qui irascitur fratri suo, dignus est iudicio, & qui dicit ex: racha, dignus est concilio; qui dicit illi: fatue, dignus est gehenna ignis.* Quasi dixerit, non solum Deo displicere vindictam, quæ ipso opere accipitur, occidendo, verbi gratia, proximum; sed etiam ultionem in verbis, appellando verbi gratia, fatuum; aut alijs signis illum cum contemptu irridendo; aut solo desiderio iram in cor ipsum admittendo: Quamuis horum primum sit secundo grauius, & hoc tertio: nam quando ultio executioni mandatur in comperto est, ignem iræ, inferni igne puniendum; & prunis propriæ vindictæ successuras prunas diuinæ ultionis.

Hinc ascenditur ad quartum gradum iræ consummata & radicata, quæ comparatur extinctis carbonibus nigris: est enim continua quædam memoria iniuriarum simul cum odio proximi: Hæc est ira, quæ requiescit in sinu stulti. De quo S. Gregorius, quod *palea* in oculo hominis irati conuertitur in *trabem*, quando ira mutatur in odium. Et S. Augustinus ait: iram inueteratam fieri *odium*, quando oblectatio: quæ miscetur cogitationibus vindictæ facit illam in vase cordis hæreere, donec totum acelcat, & innumeris postea peccatis corrumpatur. Nam, vt ait Salomon: *k qui ad indignandum facilis est, erit ad peccandum procliuor.* Vbi ait Glossa: iram aditum præbere omnibus vitijs, illis præcipuè sex, quæ sanctus Gregorius eius filias appellat. *Rixa; tumor mentis, contumelia, clamor, indignationi, & blasphemie.* Hæc ait Sanctus Bonauentura esse tanquam *sex illos viros, cum sex vasis interitus in manibus suis, quos vidit Ezechiel venientes de via porta superioris, quæ respicit ad portam Aquilonis.* Ingressi enim per portam *superbia*, cum ea opponitur *aduersitati*: Et quique portat instrumentum mortis: quia omnes, ipsum admittentes, priuat vitæ gratiæ: quia tunc maledictio impletur à Dauide prædicta, dicente in *Si reddidi retribuētibus mihi mala, decedam merito ab inimicis meis inanis.* *Persequatur inimicus animam meam, & comprehendat, & conculcet in terra vitam meam, & gloriam meam in puluerem deducat.* In quibus ver-

bis

bis *quatuor* grauissima *damna* insinuat, quæ respondent *quatuor* iræ gradibus prædictis. Nam iratus, primum per culpam lethalem *labitur*: & ita priuatur charitate, patientia, & mansuetudine, quæ illum viuum conseruabant, & stantem, antequam tentaretur: & mox *capitur*, & ligatur ipsamet passione sua, quæ illi aufert perfectum subijpsius dominium & libertatem: nam quemadmodum *impatiens* auferit integram *anime possessionem*: ita, ait S. Bonauentura, impatientia illam destruit. Et postea *calcat* & raptatur à suis hostibus, ob multitudinem peccatorum & calamitatum, quas adfert secum vindictæ appetitus. Ac denique eius gloria vertitur in *puluerem*, permittente DEO, vt studens suo honori conseruando, illum amittat. Et in oculis DEI maiori afficiatur pudore, eò quòd seipsum sit vltus.

DENIQUE vitium hoc magis alios premit, *damnum*que grauius adfert, quàm alia: nam, vt S. Gregorius ait, *tria* sunt genera hominum, qui natura sunt cholericici. Alij enim facile irascuntur; sed facile etiam placantur: sicut *stypa*, quæ citò quidem inflammatur, sed & citò extinguitur. Alij tardiores sunt ad iram: sed eam semel admissam, difficilius dimittunt: sicut *ferrum* tardius concipit calorem ignis; sed semel acceptum, diutius retinet. Alij verd vtriusque malum absque bono retinent: quia & citò iræ dant locum, & tardius eam dimittunt: sicut *sada*, quæ facile ignem concipit, & diu conseruat: & huiusmodi constitutio hominis, eiusque ira reliquis est perniciosior.

§. I. Iræ radices ac remedia.

CVM igitur tot, adeoque graua *damna* adferat ira, vt dictum est: nullus vir prudens esse debet, qui illam non detestetur; firmumque concipiat propositum eam destruendi & in ipsam iram irascendi, vt illam à se euellat. Vt autem eius curatio sit solidior, & à radice omninò euellatur: operæ pretium erit, eius *radices* inuenire, & patefacere. Hæ autem sunt præcipue *duæ*: interna altera, altera externa. *Interna* est naturalis *constitutio*, cholericica scilicet & ignita: quæ statim ira accenditur; aut praua alia corporis, aut animæ *dispositio* consuetudine, aut morbo aliquo acquisita. Nullus tamen existimet, iram ad eò esse innatam, vt vinci non possit. Siquidem Spiritus sanctus dixit *a non esse creatam hominibus superbiam, neque iracundiam nationi mulierum*. Vt omnes intelligant, se posse cum DEI gratia, si velint, illam superare.

EXTERNÆ radix iræ & vindictæ carer est, à qua excitatur: nam (vt ait S. Thomas) hæc passio hoc inter alias habet peculiare, quòd non exurgat nisi ab externa aliqua *occasione*, quæ illam prouocat. Vindicta enim

*Quatuor
damna iræ.*

*in Luc. 21. 19
in dicta sa-
luti tract. 1.
cap. 5.*

*S. Thom. 1. 2
q. 46. a. 6 &
2. 2. q. 158.*

*Lib. 5. Mor.
c. 30.*

*Tria genera
iratorum.*

*Radix iræ
duplex.*

*S. Thom. 1. 2
q. 46. a. 10
Interna na-
tura.*

*a Eccl. 10.
22.*

*1. 2. q. 47.
a. 1.
Externæ
Obiecti.*

suppo-

Ca. 5. supra.
Solitario-
rum ira la-
tet.

Lib. 8. c. 13.
& seq.

Non fuga
sed ferro
vincitur
ira.

I.
2. Rhet. c. 2.
Propria vo-
luntatis
mancipia
cito iras-
cuntur.

De infor-
mentis p. 2.
c. 10.
Tristitia
fontis ira.
b Ioan. 4.

supponit acceptam iniuriam, aut aliud damnum, quod ipsum vlciscentem affligit. Et propterea S. Bonaventura iræ affectum comparat igni, ex silice ferro icto prodeuti: nam natura cholericus est tanquam *silex*, natura quidē igneus, qui tamen scintillas non emittit, nisi *ferro* occasionis feriatur: nec tamen sufficeret ferri ictus, si natura non esset quasi *silex*: ictus enim iniuriarum non eos commouet, qui naturam habent pacificam & mortificatam; nec qui eam habent igitam, commouentur, nisi aliqua sit occasio. Quamobrē dixit Cassianus: multos viros *solitarios* videri mansuetos, eò quòd nullus ad iram illos prouocet: quemadmodum in deserto sunt plurimæ viperae, & serpentes, non mordentes, propterea quòd non adsit, quem mordeant. Quare hoc vitium non est omninò curandum sola *fuga* societatis hominum: sed *mortificatione* spirituum ipsius naturæ: ne mordeat, aut exasperetur, etiam si tangatur.

CAVSÆ exterioris iræ reduci solent ad vnam, quam Aristoteles *peruersionem* appellat. Sed maioris claritatis causa ad duas, quæ sub hac continentur, omnes reducemus. *Prima* est, cum propria voluntas ab eo, quod vult impeditur: quod nos valdè contristat; quia est modus quidam contemptus; & indicium quoddam, quòd parui nos faciat, qui facile sese nobis opponit in ijs, quæ nos desideramus; & parui facit nostram amicitiam, qui tam facile nostræ resistit voluntati. Ex quo intelligimus; valdè addictos suæ voluntati, facile irasci. Hæc igitur propensio ad suum sequendum palatum, est praua interna dispositio, quæ iram gignit in impediens. Sicut Domini facile indignantur contra seruos; & superiores contra subditos: nisi cito faciant imperata: & subditi ac famuli contra suos Dominos, & superiores: nisi concedant, quod petunt. & alij contra alios, à quibus sua desideria, & conatus videntur impediti.

ET EO VSQVE hæc inordinatio peruenit, vt (quemadmodum S. Bonaventura notat) huiusmodi homines voluntati suæ addicti, etiam contra ipsas *bestias* & res inanimatas irascantur, cum palato suo non arrident: contra equum, quòd malè incedat; contra canem, quòd latret; contra calamum, quod non det atramentum: ex quo oritur, vt frangatur aut maledicatur, & charra impetu quodam laceretur. Quemadmodum Ionas *bitatus est contra hecioram quæ faciebat ei umbram, & exaruit*. Hinc prouenit, vt ait S. Dorotheus, quòd infirmi, & valetudinarij, & tentati, aut qui in spiritu sunt desolati, faciliores sint, vt irascantur; quia morbus & desolatio in causa esse solet, cur ipsi magis attendant, vt palato suo indulgeant, & tristitia, qua laborant, causa est, vt magis affligantur & irascantur quacunque re illis denegata.

IVXTA hæc prædicta, si cupis ab ipsa radice iram tuam curare, necesse est, *propriam odille voluntatem*; & optare, occurrere occasiones, in qui-

bus

bus illam abnegas: persuadens tibi, omnes homines & omnes creaturas esse DE instrumenta ad illam mortificandam: eò quòd ipsa in proprium suum Creatorem rebellauerit. Sed, quàm magnum est quod patienter feras eam tibi frangi, cum redemptor tuus stupenda patientia tulerit, frangi suã, ut tuã incòmodis mederetur: de eo enim dicitur, quòd *c lignum fumigans non extinxerit: sed tulerit factorem illũ, non nocens excitanti.* stude igitur, teipsũ præuenire ad iniurias ferendas, dicens cum ipso Christo Salvatore nostro: *d non mea voluntas sed tua fiat.* & quando aderunt: quia propriam voluntatẽ inuenient iam victã & resignatã: non illam ad iram prouocabunt.

SECUNDA causa exterior iræ est, quòd quis *contemnatur*, aut despiciatur, quocunque modo id fiat, opere, verbo, aut signis; aut non exhibito honore debito, aut quem ille cupit; aut si de ipsius malis & incommodis alius lætetur; aut tristetur de bonis; aut ipsius, eiusuẽ rerum obliuiscatur: nam hæc omnia indicia sunt, quod parui ipse fiat. Ac propterea magni amantes honoris & gloriæ, valde sunt faciles ad iram; & inordinatus ad inanem hanc æstimationem amor, est praua alia interior dispositio, quæ iram gignit: quã obrem qui in statu suo eminent, facilius & vehementius irascuntur: quia magis sentiunt contemptum. Quemadmodum Amam ille vehementissimè indignatus est in Mardochæum: *c eò quòd non flecteret ipsi genua: & Nabuchodonosor: frepletus est furore in tres pueros, eò quòd nolent ipsius statuas adorare.* Et omnes superbi irascuntur cum aliquis eis contradicit, aut eorum opiniones parui facit. Et vniuersim quæuis inordinata affectio, & propensio ad personam, aut res alias huius vitæ, occasionem præbet iræ in iniuriantem. quia iniuriam illam, nostram reputamus: & qui rem nobis charam ac dilectam tangit, iudicatur oculi nostri pupillam tangere.

QVAM OBREM secundum iræ remedium est, inordinatum honoris desiderium reprimere: despectum amplectendo, & amando *humilitatem*: quæ fidelissima est comes *mansuetudinis*, ad quam pertinet iram reprimere. Ideoque Christus Dominus noster vtramque coniunxit, cum dixit *g discite a me, quia mitis sum & humilis corde:* & quando h decem Apostoli indignati sunt contra duos fratres, qui tentabant reliquos præcedere: eos repressit exemplo suæ humilitatis, dicens: *se venisse ministrare,* tanquam omnium minimus. Et S. Iob inter alias suas virtutes, & illam ponit. quod *i despectio propinquorum non terruerit ipsum: nec egressus fuerit ostium linguæ suæ, ut vel verbo illos reprimeret: nam (vt S. Gregorius aduertit) qui non horret despici, eum impatiencia non vincit, ut fortas per linguam eiciat. Quod si velis, inquit, non vinci, præcogita omnia aduersa & ignominiosa, quæ totius diei decursu possunt occurrere, & præpara te ad illas animo patiente ferendas: quia iacula præuisa minus feriunt.* Memento etiam: quoties tu DE o iniuriam

Propria voluntas expugnanda.

c Isa. 42. 3

d Luc. 22. 12.

2.

S. Tho. supra 2. ad 3. Contemptus iram prouocat.

c Esch. 3. 5.

f Dan. 3. 19.

Elationem comprime.

g Matt. 11. 29.

h Matt. 20. 28.

i Job. 31. 34.

lib. 22. Mor

14.

Lib. 5. Mor

cap. 31.

1.

PRÆPARATI.

2.

Iniuriam
Christi
cole.

k Mat. 18. 32

3.

Peccata at-
tende.

Vide S. Tho.

2. q. 47.

a. 2.

Serm. 8.

Accusa te-
ipsum.

1 Psa. 38. 12.

m. f. 110. 47

n Luc. 23. 41

4.

S. Dorot. ser.

7. 13.

fructum
considera.

Emblema

de foliis:

conculsus

surgit.

1.
Naturam
considera.

2.

In Psa 149.

Omnis ira

suspensa.

3.

Serm. 8.

a Eccl. 11. 34

intuleris, ac propterea eius iram sis promeritus. Cum igitur ille patienter te sustinuerit, non magnum est, si tu iniurias feras ab hominibus illatas, saltem ne tibi dicat: *k serue nequā, omne debitum dimisi tibi, quoniam rogasti me: nonne ergo oportuit te misereri conserui tui, sicut & ego tui miserus sum.* Quod si agnoscas, te ob tua peccata promereri, ut omnes te despiciant, & cōtemnant: non est cur indigneris: nam, ut ait Philosophus, nemo irascitur qui aduertit, se merito despici. Et, nisi aliqua circumstantia appareat alicuius veræ iniuriæ, non inuenit motiuum indignationis in alterum. Ac propterea S. Dorotheus dicebat esse vnicum contra impatientiam remedium, *se se in omnibus accusare, iudicans, se reum, & qualibet pœna dignum: dicens, cum Dauide: 1 propter iniquitatem corripisti hominem; m priusquam humiliarer ego deliqui.* Et quemadmodum bonus ille latro dixit: *n digna factis recipimus.*

Hic considerationi aliam licet adiungere, *bonorum*, quæ tibi comparas per tolerantiam. Propterea enim has iræ occasiones Deus permittit, ut eas in patientiæ exercitium conuertas, & crescas in sanctitate. Nam, quemadmodum *pila* vento plena, cum ad terram proijcitur, saltat sursum: ita iustus, cum humiliatur, & laboribus percutitur, crescit & ascendit in virtutibus: quia plenus est *Spiritus S. venio*, qui illum à terrenis ad cœlestia impellit. At impatiens, est instar *pila lana, aut stupa* turgidæ, & mollis: quæ, dum in terram iacitur, ibi manet: quia iniuria facit illum terrenum, & in causa est cur impatienter eam ferens, animum abijciat.

§. II. Aliqua practica remedia.

SED quoniam solæ considerationes non sufficiunt ad iram vincendam: necesse est manum admouere ad opus, ut illa mortificetur: dando operam, ut propensionem tuam naturalem bene cognoscas. Quod si deprehenderis valde *cholericum*, & iracundum: cogita, esse Satanæ equum ad te aggrediendum: ac propterea eneruandus est, & nerui, quibus ille innititur abscindendi, propensiones ipsas bene mortificando, & feroces imperus reprimendo. Et Tunc, ut sanctus Augustinus ait, suspectam habe quamlibet iram, etiam iustitiæ & zeli pallio rectam: nam facilius est, eam non admittere; quam post admissam non ruere in præcipitium. Et præstat omnino in nullum irasci, etiam iuste: quam irascendo iuste, incidere in extremum odij. Et quandoquidem bona ira facile mutatur in prauam: securius multò est, recedere à bona, cum aliquod est periculum, rationis limites in ea transgrediendi.

D A etiam operam, ut ait sanctus Dorotheus, statim initio extinguere iræ motus: extinguendo scilicet illam *scintillam*, quæ cor innadit, quando audis iniuriam, nam ut Sapiens ait: *a scintilla vna augetur ignis*, qui difficile

extin-

extinguitur, postquam cœperit incrementum : cui tamen initio facile occurritur, si cogitationes ad res alias bonas conuertas; vt indignationis esca subtrahatur. Nam, vt Salomon dicit: *b cum defecerint ligna, extinguitur ignis.* ETIAM necesse est os claudere tempore iræ: ne quid loquaris: idque non in contemptū inferentis iniuriæ, quasi nihili illum faciendo: hoc enim esset magis illū irritare, vt ait Sanctus Thomas: sed cū interna & externa humilitate. Quemadmodum Dauid dicebat: *c obmutui & humiliatus sum,* cū aliquid iræ in me sensi. Nam quemadmodum furus extinguitur, si non habet flamma respirationem: ira ira facile euanescit, nisi per os erumpat. Et ideo idem Psalmista dixit: *d turbatus sum, & non sum locutus.* Sed & in hoc magna cautela opus est: nam (vt Sanctus Gregorius aduertit) sæpe euenit, vt inclusa ira silentio accendatur vehementius in corde: quemadmodum olla plena aqua, & ad ignem applicata: si cooperta sit, maiori vehementia feruet, soletque etiam crepare, & propterea Salomon dixit: *m prestolatio impiorum furor,* id est, huiusmodi iram retentam interdum conuerti in furorem. Et ipse Dauid, qui dicebat, se, iniuriæ accepta, obmutuisse, addit: *n & dolor meus renouatus est:* quia intra se loquebatur multum; meditabatur enim suas calamitates, & in ipsa meditatione accensus est cor; & prope fuit, vt iræ ignis erumperet. Et sæpe (ait idem S. Gregorius) qui primos iræ impetus tacendo repressit: si postea huiusmodi cogitationibus det locum, ab eadem vincitur, dolens, quod tacuerit, & non se vindicauerit: ac propterea statuit vlcisci. Et huiusmodi similis est ei, qui rediens vicior ex Castris: postea in ciuitate vincitur ex incuria; & ei, qui grauem morbum lethalem euasit; & postea leuis frigidus ventus eum occidit: quamobrem ad iram perfectè vincendam, ne sis contentus oris tantum silentio, sed etiam curandum est silentium cordis: non disputando, aut decertando cum cogitationibus iniuriarum; sed, quantum fas erit, earum obliuiscendo.

SED quoniam hoc silentium est valdè difficile: facilius reddetur, si ei addatur oratio & colloquia interna cum DEO: sicut fecit ipse Dauid, cū aduertit periculum interni sui silentij propter pugnam interiorum, quam experiebatur. O Tunc ait, *locutus sum in lingua mea, notum fac mihi Domine finem meum: & numerum annorum meorum: vt sciam quid desit mihi.* Nam si luce tua illustratus agnouero hunc annorum meorum numerum exiguum esse; facilius me extimulabo ad ferendas omnes iniurias, ecce, tota substantia me, & quidquid habeo tanquam nihilum est ante te. Veruntamen vniuersa vanitas omnis homo viuens, & in imagine pertransit homo: cur ergo conqueror? cur indignor? & in alio Psalmo ait: *p turbatus sum, & non sum locutus,* cui silentio vt

E 2 bonum

Principiis
obsta.
b Pro. 26. 20
4.
S. Bonau de
inform. mē.
tis p. 2. c. 11.
1. 2. q. 47. a.
1. ad. 3.
c Psal. 38. 2.
Linguam
refrانا.
d Psal. 76.
v. 5.
Lib. 5. Mor.
cap. 10.
m Pro 11 23.
n Psal. 37. 3.

Tertia parte
pastor. ad-
monit. 10.

Etiam cor
silens.

5.
Meditatio
aterritatis.
o Psal. 335.

p Psal. 76. 5.

bonam comitem adderem, meamque turbationem moderater. *cognitas dies antiquos, & annos aeternos in monte habui*: qui enim res huiusmodi memoria sua recollit, facile cohibet iram interiorem; seruatque sine periculo silentium exterius, agnoscens, quod q̄ frustra conturbetur omnis homo, & indignatur ex leui huiusmodi causa. Siquidem omne huius vitæ malum, & calamitas est tãquam quoddam *momentum*, si cum akerius vitæ malo, quod *aeternum* est conferatur.

q̄ Psal. 38. 7

6.
Confide in
Deo, qui
permisit, i-
pse tollet.

DENIQUE in huiusmodi congressibus quietem & victoriam obtinebis, si *fiduciam* tuam in diuina providentia collocaueris: (cuius ordinatione, aut permissione labor euenit, & iniuria) auertendo interim oculos ab ipso iniuriante; & leuando illos, quemadmodum faciebat Dauid, ad ipsum Dominum, qui eam potestatem iustissimè illi fecit, quemadmodum supra ostendimus.

HÆ summam sunt tentationes communiore, quæ omnes status agrediuntur: Sed quoniam quisque status proprias aliquas habet, illæ in sequentibus Tractatibus & proprijs locis inserentur.

